

18

362

0

1

2

3

4 50.

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16


17

18

19

20

Post. 4.



1  
362

18

R. 8354

PRIVILEGIA  
SACRÆ CONGRE-  
GATIONIS FRATRVM  
Regulam Primituam Ordinis  
B.Mariæ de Monte Carmeli  
profitentium, qui Discal-  
ceati nuncupantur.



*Com facultate Superiorum.*

MADRID I.

Apud Petrum Gomezium Aragonium, Typographum Regium.

M. D. XCI.



AD SACRAM CONGREGATIONEM, Epigramma.

C Vm Boreas Eoli specubus demissus ab altis  
 Rigidus infonuit, nubila teta fugans:  
 Exilit, ex subitus vibranti lumine Phœbus  
 AEthereos orbes gratius illuminat.  
 Cum iam transacto frondiflue frigore Bruma,  
 Algentes terras dura reliquit hyems:  
 Pulcruis ornantur ridentia prata virore,  
 Et pomus graciles induit alma comas.  
 Dulcior est Nautæ post seuæ pericula portus:  
 Est post naufragium dulcis arena magæ.  
 Clarius astrifero celo noua sidera fulgent,  
 Cum finit insanos Chorus intire sonos.  
 Hand secus, o tantos quondam, perpessa labores  
 Inclyta Carmelus pulchrior ecce nites.  
 Te quondam stridens nudarat floribus Auster.  
 Iam Zephyro redeunt germina grata tibi:  
 Que penè mersa tua fuerat leuis anchora cymbæ  
 Iam placidi portus littora amica tenet.  
 Iam tibi iustitia disiectis Sole tenebris.  
 Gratiæ intuitus lux ferit alba tuos  
 Nunc igitur fœlix longum per temporis euum.  
 Chara parens vias charior ipsa D E O.

SACRAE CONGREGATIONI FRATRVM REGVLAM PRIMI-  
 tiuam Ordinis B. Mariae de Monte Carmeli  
 profitentium, qui Discalceati nuncupantur,  
 Frater Ludovicus à sancto Hieronymo humilis  
 eiusdem filius, et alumnus, charismatum, et  
 gratia Sancti Spiritus fœlicissimum in  
 Domino augmentum exceptat.

(?)



O ST Q V A M D I V I N A E B O-  
 nitatis singulari clementia factum est,  
 vt nunc speciosi Carmeli (quondam  
 exiccatus) vertex reuireceret, & ver-  
 nantibus folijs iterum antiquo decore  
 exornaretur, iam prorsus patet om-  
 nibus, quāta aduerlus eiusmodi emer-  
 gentes foetus, hostis humani generis  
 liuido animo prælia concitauerit, qui-  
 busq; modis veteri ex cespite germina recentius pullulantia  
 extinguere penitus, atq; extirpare tentauerit. Patent æstuosi  
 fluctus, quibus ab iniquissimo Dæmonे concitatis, iam iam  
 hæc nostra cymbæ (que fragilis tunc, ac in proximò sumer-  
 genda æstimabatur) sàpius ad profundum trahi conspecta est: nec  
 non, & sanè deturbata nunc esset, nisi grassantis inimici rabiem  
 Omnipotentis dextera compresisset. Sed neq; putandum est  
 tot laborum iniurias frustrâ sacræ Congregationi con-  
 tingere, à Deo optimo maximo permissas esse: sed ideo potius  
 hæc facta sunt, vt nouus exurgēs Ordo, imò (vt verius loquar)

A 2 anti-

# EPISTOLA

**Sapien. 3.** antiquus reexurgens, tantis ærumnis velut aurum igni probatum, purior, atq; lucidior remaneret. Sic enim electos Dei ab ipso tentari ( vt fides eorum inueniatur multo pretiosior auro, quod per ignem probatur ) sacro referante eloquio compertum est.

Verum quia dulce satis est, facta naufragia securis iam in littore memorari, iuuat nunc labores aliquot, quos nunc vsq; temporis, à suis (vt ita loquar) infantia, & incunabulis sacra hęc nostra Congregatio perpetua est, enumerare: quò de manu ini- micorum nostrorum liberati, contrito iam laqueo, ac transfa- dato mari, placidius Deo zeleuma decantare possimus.

**3. Jo. 7. Hie- rof. 1. Patriar. ad Capra- sium mo- nach.** Igitur ( vt à primordijs Religionis breuiter rem sumamus ) cum insignis ille Propheta Domini Elias, Carmeli verticem in sancta pœnitentia, & cœlestium contemplatione inhabitaret, Discipulos aliquot ex Hæbreis Israelitis ( Deo inspirante ) ia- vnum coegit, quos secundum formam à Deo sibi traditam ins- tituit, ac etiam prophetare, (hoc est, Deum cum instrumentis musicis canendo laudare) docuit: vnde Prophetæ, & successo- res illorum, Filij Prophetarum appellati sunt. Hi post Eliæ

**4. Reg. 2. Cr. 6. Psal. 7. in titul.** primi eorundem Institutoris raptum, sub Eliseo, Ionadab, & alijs, vsq; ad Christi Redemptoris aduentum in sancto propo- fito ( prout ex multis sacra scripturæ locis, & grauissimorum scriptorum, nec non & Apostolicarum literarum testimonij Hiero. ad patet) legem Moysis, ac prædecessorum traditiones, veluti vi- Rustic. idem num non bibere, domos non ædificare, agros non possidere, & ad Paulin. solitariè in tabernaculis habitare, ac alia huiusmodi instituta Cyril. in strictè obseruantes permanerunt. Sed aduentante Domino spec. histo. per Apostolorum prædicationem Euangelicę fidei veritati ob- Guilliel. de temperantes, baptisma gratiæ ab ijsdem suscipere meruerunt. Samu. in Quorum etiam in prædicationis munere ( testante Iosepho ) spec. ordi. strenuissimi adiutores, ex Carmeli iugis descendentes, Christi Ioseph. de Saluatoris fidem per omnem Iudeę, Samarię, ac Palestinę re- antiqu.

Hec ex tempore repudiata Mosaycæ legis vetustate, ac sacra Euangelij nouitate recepta ( sub diuersorum licet institutorum, & rituum obseruantia ) eundem tamen Carmeli locum incolentes ( neq; enim prædicationis, aut alia quauis causa hu- iusmodi Eremitarum Collegium dissipatum fuisse suspicari licet )

# AD CONGREG.

licet) sub vnius Præpositi obedientia, in castitate, & communi rerum vsu, abdicata proprietate, sobrie, iustè, piè, ac laudabi- liter viuentes perseuerarunt.

Post multum verò temporis Albertus Hierosolymitanæ **Cyril. mo-** Ecclesiaz Patriarcha anno Domini Millesimo, centesimo, no- **nach. ad** nagesimo primo, antè Lateranensis Concilij celebrationem, **Abbatens.** certam eisdem regulam, normamq; religiōe viuendi descrip- **Iach.** sit. Quibus postmodum eodem anno Monasterium in monte Carmeli iuxta Eliæ fontem, ad normam in Regula eisdem à se paulò anteà descriptam ædificari fecit, infra cuius septa Capel- lam ( quam ad honorem Beatæ Dei genitricis Mariæ præde- cessores eorum, anno Incarnationis Dominicę octogesimo ter- tio construxerant ) includi, ac renouari iussit: in quo prædicto Cœnobio omnes (in antris anteà, & cellulis per illum montem distanter degentes) in vnum congregauit.

Sub huius igitur Regulæ obseruantia quinquaginta circiter annos (hoc est) vsq; ad annum Millesimum, ducentesimum, quadragesimum octauū permanerunt. Quo tempore coacto per beatū Simonem Anglicū, alias Stoch (Generalatus tunc munere fungentem) Capitulo generali totius Ordinis, cum nonnulla dubia circa prædictæ Regulæ intelligentiam fuissent exorta, nec non & aliqua, in eadem inuenirentur, quæ à prælibato Al- berto nimis dure, ac rigidè disposita fuerant: decretum est, vt duo ex ipsis fratribus ad Innocentium III. Romanum Pon- **Innocen-** tificem mitterentur, qui totius Capituli, & Ordinis nomine Bul. conf. humiliiter ab illo postularent, quatenus prædicta dubia decla- **Reg.** rare, ac grauiora quædam ipsius Regulæ mitius disponere, de benignitate Apostolica dignaretur. Qui eorum deuotis an- nuens precibus, huiusmodi declarationem, & correctionem venerabilius Patribus Hugoni, S.R.E. Præsbytero Cardinali, & Guillielmo Episcopo Antheradensi faciendam commisit: post modumq; sui muueris authoritate confirmatam, & lite- rarum Apostolicarum præsidio communitati, prædicto gene- rali Capitulo, per eiusdem Ordinis fratres Reynaldum, & Pe- trum ( qui ad eiusmodi legationem destinati fuerant ) diligen- tius curauit remittendam.

Sed quis nunc explicare poterit, quām vberes iustitiae, ac perfectionis fructus sub hac primævæ Regulæ declaratione,

## EPISTOLA.

nostra non infœcunda Carmeli vinea ediderit? Quis tot doctrina, & sanctitate illustres viros, quos eò temporis Ecclesiæ Christi peperit, rudit sub epistolæ breuitate transcurret? Splendebat tunc florigera Carmeli vitis, ac cœlesti satis rore perfusæ, mirabiliter fœcundabatur. Erat enim videre in ea spiritus seruorem, ardorem Charitatis, Orationis instantiam, Pœnitentiæ austoritatem, fragratiæ Castitatis, Obedientiæ promptitudinem, Paupertatis amorem, Humilitatis studium, Patiètiæ insuperabilem firmitatem, Silentij, Vigiliarū, Mortificationis, laborum, & demum omnimodæ virtutis, & perfectionis splenrem, soli, simul ac sideribus præmicantem. Qui ita omnium oculis grata effulsa, tantæq; lucis ex se radios emisit, vt non solum Orientalis, verum, & Occidentalis plagæ vltimos fines illustrauerit. Sicq; Carmeli vinea extendit palmites suos vtrâ mare, & vtrâ flumen propagines eius florescentes, latè per populos suaecolentia fragrantiam diffuderunt: qua affecti Romani Pontifices permultis illam gratijs, priuilegijs, ac concessionibus honestarunt.

*Ezech. 19.* Sed Hē Hēu: frondosa vitis, Hē Hēn: Vidiſti altitudinem tuam, & exaltata es, ventus vrens siccauit te, ignis comedit fructus vbertatis tuę, sterilis facta est vulua tua, & cessaſti pululare germē tuum, quia negatæ sunt tibi pluuię, & ros de cœlo. Instabilis facta es in oratione, mollis in pœnitentia, ad obediendum tarda, tæduit te paupertatis tuę, & leuata es in superbia. Cum enim decurrentibus annis frigescere coepisset paulatim seruor spiritus, & charitatis ignitus ardor tepuisset, (ne sacra hæc nostra Religio, quæ quondam, vt præmittitur, ita floruit, & tanta, ac tali sanctitate viguit, vt primas omnium tenet, penitus aboliretur, & cessantibus accolis in desertum redacta extingueretur) expediens visum est Eugenio. IIII. Romano Pontifici, grauiora, & austiora prædictæ Regule, non nullis ex causis ab ipsius Ordinis fratribus obiectis, mitigare.

Anno igitur Millesimo, quadrigentesimo, trigesimo primo, facta est mitigatio Regulæ primitiæ: qua in mitigatione paulatim quotidie ( aquarum decurrentium more) decrescens, ad nihilum peruentura Carmeli inculta vinea properabat. Succreuerant spinæ, & vepres super eam, quas hæbetata pigri vinitoris falce non refecante, speciosorum olim palmitum germina

## AD CONGREG.

4

germina suffocata, deficiente doctrinæ irriguo fonte, exicabantur.

Neq; verò pientissimus Paterfamilias obliuioni tradidit vinetum suum, quod ipse electum plantauerat in Carmelo: quin potius de excelsø folio gloriæ suæ prospiciens visitauit ilud, immissoq; cœlestis gratiæ rore, cespites eiusdem penè mortuos, quos singularis feri immanes dentes depasti fuerat, adhuc tamen viua Patris Eliæ radice remanentes, perfudit pariter, atq; fœcundos reddidit.

Propè annum ergo Millesimum, quingentesimum, sexagesimum primum, Pio. IIII. Romano Pontifice Ecclesiam gubernante, & Philippo. II. inquietissimo Rege, acerrimoq; fidei defensore Hispaniarum Regna tenente, placuit Diuinæ bonitati, primæq; Regulæ instituta suscitare, & antiquam Carmelum restituere, vt ij, qui hæreditario iure, vere Eliç filij vocabantur, etiam imitatione spiritus, & virtutis, eiusdem veri filij dicerentur. Ad quod præclarissimum opus explendui (vt olim Dominus Delboræ Prophetiam, & Barach elegerat, vt 4.Iud. populum Israel de manu superbi principis Sisaræ liberarent) insignem quandam foeminae illustrem genere, ac religiosæ vitæ sanctitate conspicuam, Theresia de Ahumada, postea à Iesu vocatam, & venerandum P. Fratrem Antonium de Heredia, postmodum vero à Iesu, qui sacrarum literarum Magister existens, doctrina simul, ac morum honestate pollebat, ex iisdem mitigata Regulæ professoribus præelegit. Sicut enim antiquitus non solum Religiosi viri, verum & Deo dicatae virginies, inter quas Eugenia, Sara, Euphrasia, Argela, Pelagia, & Euphrosina, cum alijs quamplurimis, sub huius primitiæ Regule obseruantia permanere, sic etiam & nunc oportebat, non tantum quoad viros, sed etiam quo ad foeminas) iuxta sancti Cyrrilli vaticinium) Carmelum renouari.

Igitur præfati duo, qui quasi ductores, & prævij ( hæc Monialium, ille Religiosorum) meritissimè vocari possunt, obtenta prius licencia à Reuerendissimo P. Fratre Ioanne Baptista Rubeo Rauennate, Ordinis tunc totius Magistro Generali, nonnulla Monasteria vtriusq; sexus edificarunt, in quibus (sub mitigatorum tamen Priorum Provinciarum obedientia) primitiæ Regulam diligentissimè obseruatæ cooperunt: addentes in-

## EPISTOLA

tes insuper (ultra ea, quæ in Regula continentur) de licentia prædicti Prioris, Generalis, tunc in Hispaniarum Regnis existentis, & cuiusdam Vicarij ab eodem in Provincia Castellæ, (vbi hæc Primitiuorum obseruantia cœpit) deputati, cum approbatione visitatorum Apostolicorum, instituta quedam, carnis mortificationem, & populi ædificationem conceruentias veluti exalceatos incedere, sacco indui, super cortices arborum excubantes per paucum somni capere, assidue mentis orationi vacare, Diuinum officium sine villa cantus modulatione deuotè persoluere, ad rei ciendum otiositatis malum, & egestatem subleuandam proprijs manibus operantes cibum acquirere, ac demum miram in omnibus tam vietus, quam vestitus temperantiam colere, &c.

Quo nouo fœtu paulatim succrescente, ac multiplicante, Nicolaus Ormanetus Episcopus Patauinensis, & Gregorij. XIII. Romani Ponticis Nunciis in Hispaniarum Regnis, cum potestate Legati de latere, quandam ex ijsdem priuituæ Regulæ professoribus delegit, cui Apostolicæ commissionis super omnes primuæ regulaæ professores autoritatē tradidit: sub quo perfussi, ac secundati desuper cœlorū influxu, nec nō & doctrinæ imbris abundè satis irrigati, assidueq; bonorū operū exercitio exculti Carmeli montis palmites, tam feliciter, ac vberè germinarunt, vt breuissimo temporis spacio (benedicente Domino) viginti duo Monasteria virorum, & mulierum (vndecim cuiusq; Iesus) eræta fuerint, in quibus trecenti ferè fratres, & ducentæ Moniales deuotum Deo, Beatæq; Virginis Mariæ famulatu exhibentes, in omni humilitate: pœnitentia, & mundi contemptu morabantur. At cum totius humani generis antiquus hostis commoda, quæ ex hac recolectione Ecclesiæ Dei prouentura forent, damnaq;, & atrocissimum prælium, quod sibi à Christi tyronibus in posterum immineret, è longè proficiens, quasi ab specula intueretur, omne suarū virium robur, eo dirigi studuit, vt eos sibi ex opposito aduersantes subuerteret, illorumq; munita præsidia expugnans solo æquaret, ne vel memoria eorum superstes venturæ posteritati remaneret.

Mortuo itaq; prædicto Nicolao Apostolicæ sedis Legato, cuius commissione Primitiuui (qui Excalceati nuncupantur) à præfato Commissario regebantur, Mitigati fratres, Auctore

com-

## AD CONGREG.

5

Commissionis defuncto, commissionem quoq; eiusdem extinetam esse affirmantes, Primitiuos iterum (vt prius) sub sui potestate redigere conabantur. Vnde inter vtriusq; Regulæ professores orta est haud parua seditio.

Quapropter tam ipsi Religiosi Excalceati, quam dictus Philippus Catholicus Rex huiusmodi fratum profectu maximè exoptans, Gregorio. XIII. Romano Pontifici supplicarunt, quatenus ad illorum quietem, & tranquillitatem conservandam, ac pro Religionis, & strictæ corundem obseruantiaz, atq; instituti progressu, & augmento, ex omnibus Monasterijs in dictis Hispaniarum Regnis tam erætis, quam in posterum erigendis, vna Provincia fieret, à Provincijs fratum Mitigatorum seiuæta, & separata, quæ Priori generali totius Ordinis immediate subesset, & per Provincialem Priorem ex ijsdem Primitiuis, in Capitulo Provinciali Canonicè eligendum gubernaretur.

Quorum pijs supplicationibus prædictus Summus Pontifex Gregorius, de consilio Illustrissimorum Cardinalium sacræ Regularium Congregationi præfectorum annuens, suis literis Apostolicis in forma Brevis sub annulo Piscatoris, Romæ die vigesima secunda Iunij, Anno Domini Millesimo, quingentesimo, octuagesimo, sui vero Pontificatus nono, dictos fratres, ac Moniales primitiuam Regulam obseruantes, à Provincijs fratum, & Monialium eisdem Ordinis, Beatae Mariæ de monte Carmeli mitigatam Regulam profitentium, penitus, omnino, & in perpetuum separavit, seiuæxit, & dismembrauit. Quarum literarum exequutionem, venerabili fratri Ioanni de las Cuevas Præsentato, Priori, Conuentus sancti Genesij, ex familia Prædicatorum, oppidi de Tajuera commisit, ac demandauit.

Sed quibus verbis exuperans illud gaudium valeam explicare, quo huiusmodi literarum Apostolicarum expeditio, te, (ò sacra nostra Carmeli Congregatio, quæ sola tunc cōcisso vultu, humili desolata iacebas) primum affect? Nec te tantum, verum & totam Hispaniam, ac præsertim Philippum inuictissimum Regem (ad quem prædictæ literæ delatæ sunt) qui exiccatis paulisper oculis, & lachrymoso fletu, quo (ob charissimæ coniugis Annæ totius Hispaniaz Reginæ serenissimæ intempestiuam mortem) madebat, intermisso, statim prædicto Apostolicæ

B tolicæ

## EPISTOLA

tolicæ sedis Commissario scripsit, ut de congregando Prouinciali Capitulo pro ipsarum exequitione curaret: ad cuius celebrationem, nostrum Collegium sancti Cyrilli Compluti designatum est, ubi die tertia Martij, anni Millesimi, quingentesimi, octagesimi primi, omnibus Prioribus, Rectoribus, Vicarijs, & corundem socijs, per predictum Commissarium ad Capitulum Prouinciale (quod & expensis Regijs celebratum est) conuocatis, facta est electio, & separatio Prouinciae Primitiorum, ab alijs quibuscumq; Mitigatorum Prouincijs, iuxta tenorem, & dispositionem literarum A postoliarum: Quo in Capitulo primus Prior Prouincialis ex iplismet Primitius Discalceatis est electus, & aliquæ Constitutiones, tam fratribus, quam Monialibus ædita, confirmata, ac promulgata sunt.

Sic ergo compositis, pacatisq; noua hac separatione rebus, sacra nostra Congregatio felicius quidem propagari coepit, tantoq; nouorum fructuum aucta est facta, ut non solum Mediterranei, verum & Oceani maris fluetus transmeetas, Italæ simul, & vtriusq; Indiæ plagas attigerit.

Cumq; talibus incrementis aucta, ac (benedicente Domino) indies maiora suscipiens, per unum Priorem Prouincialeum nequaquam commodè gubernari, ac regi posset: Sextus quintus Romanus Pontifex bono regimini, ac corundem fratrum felici propagationi consulens, predictam Diæ alceatorum Prouinciam in unam Congregationem erigi, eandemq; in plures Prouincias diuidi, insuper & unum generale Vicarium, qui vniuersæ Congregationi præsidens, consilio, & interuentu, votoq; decisio tex Consiliarierum, ab eiusdem Congregationis generali Capitulo eligendorum, in controuersijs, & negotijs, tam Congregationis vniuersæ, quam singulorum fratribus expediendis, nec non & in Prouinciarum, & Monasteriorum reformatione, & regulari obseruantia dirigenda vtereatur, ex predictis Discalceatis fratribus eligi concessit. Quæ omnia in primo generali Capitulo Congregationis, Madriti anno Domini Millesimo, quingentesimo, octagesimo octavo celebrato (in quo noster ineritissimus P. frater Nicolaus à Iesu Maria in primum Vicarium generalem est electus) solemniter exequuta

## AD CONGREG.

6

Exequutæ nouissimè verò per sanctissimum Dominum nostrum Gregorium. XIII. Romanum Pontificem, anno Domini Millesimo, quingentesimo, nonagesimo primo consummata sunt. Ad quod usq; tempus quinquaginta virorū Cœnobis, & triginta sacrarum Virginum Monasteria reperiuntur, in quibus mille, & ferè trecenti fratres, & sexcentæ Moniales, pie admodum, ac religiosè degentes, commorantur.

Sed neq; necessariū puto recolere nūc, quantū cōmodi, ac utilitatis ex hoc regimine Congregationi nostræ dimanauerit, id enim cum ex recentioris temporis breuitate, cum ex manifesto regularis obseruantia, & omnium simul virtutum profectu late patet. Verum hoc unum reticere nec placet, nec licet, magis scilicet, & incessabilibus gratiarum actionibus (felix admodum Primitiorum Congregatio) Deo optimo maximo te obnoxiam esse, qui tibi talēm p̄fecit Pastorem, cuius doctrina paſtu ſatiata, cuius vita, & morula exemplo instructa, & demum cuius ardenti zelo perfectionis exculta, mirum in modum excresceres, ac vberius posses propagari. Ipse enim tibi verus Eliæ ſectator in spiritu, & virtute eiusdem ſemper ad fuit: in quo uno nunc in humiles obedientiæ filios paterna benignitas, nunc in discolos, & rebelles iusta ſeueritas inuenta est.

Quod si verò propter hoc beneficium taliter es obſtricta Deo, cur, alia ob plurima immunis reputaberis? Sed quæ ſunt hæc? Longum erit cuncta tranſcurrere. Attamen (prætermiſſis ceteris) quanti beneficij fuſile putas ſummorum Pontificum corda benignè inuiffisse, quatenus tot tibi huc usq; impensas gratias condonarent? Extant enim plurimæ concesſiones, indulta, ac priuilegia, quibus à diuersis Pontificibus (Deo inspirante) es exornata. Quæ (putans me aliquid tibi grātum facere) hoc in volumine diligenter admodum cura, & ſtudiosa ſollicitudine, ex primis exemplaribus fideleriter excerpta congeſſi. Primò ne huiusmodi priuilegiorum memoria decurrentium temporum ſerie delerentur. Secundò, vt noſt̄æ Prinavæ Regulæ professores ijsfe (veluti firmiſſimo clypeo) ab æmulantium calumnijs, & moleſtijs defendere poſſent. Quamuis enim ponderofam

B 2 frugum

## EPISTOLA

Ruth. 2.

frugum congeriem in horrea Carmeli non valeam asportare, ut  
quid vel saltem per paucos (pro viribus) manipulos inferre re-  
cusabo? Ruth igitur imitatus sum Moabitidem, quæ messorum  
à tergo gressus insequens (si quæ illorum fortè subterfugerant  
manus) spicas colligebat. Haud aliter ipse, quæ nobis benignitas  
pientissimi Patris familias in agro Carmeli laborantibus,  
per suos Vicarios clargita est, in quosdam quasi manipulos  
colligauit.

Igitur (ò sacra Congregatio admodum mihi veneranda, atq;  
dilecta parens) munuscum hoc nostrum grataanter accipe,  
nec (precor) ipsius, vel exiguitatem, vel etiam indigestam ru-  
ditatem attendas, sed illud potius consideres, me tibi omnime  
modè obnoxium, ac deseruire cupidum, hoc saltem munus,  
perparuum quidem, sed non (mea mente) infrugiferum, studio  
feruidi amoris obtulisse. Neq; verò huiusmodi mei laboris  
mercedem aliquam à te requiram, satis est enim mihi, si  
**ex hac elucubratiuncula mea aliquid Dei honori,**  
**& gloriæ accedat, vel aliquid tibi ex ea**  
**decoris accrescat. Vale.**

(?)

7

## ORATIO ÆDITA

PER R. P. F. AMBROSIVM  
Marianum à S. Benedicto Primitua Regulae  
Ordinis B. Mariae de Monte Carmeli profes-  
sorem: habita à P. F. Didaco Euangelista in  
primis Comitijs Discalceatorum predicti Or-  
dinis, in Collegio S. Cyrilli Compluti, celebratis,  
sub die. 4. Martij, Anno Dñi. 1581. Coram  
Reuerendo admodum P. F. Joanne de las Cuer-  
cas Ordinis Pradicatorum, pro erectione, & se-  
paratione Provincia eorundem Discalceatorū  
Commissario Apostolico: coassistantibus sibi Il-  
lustriſſimo. D. D. Ludouico Hurtado de Men-  
doça, Marchione de Mondexar, & D. D.  
Antonio de Torres Ecclesie S. Justi, & Pasto-  
ris Abate, & florentissima illius Uniuersitatis  
Chancellario, innumerisq; alijs præclaris, ac  
doctissimis eiusdem Academia tūm reli-  
giōsis, tūm etiam secularibus viris.

**S** V R G E , propera amica mea , columba mea ,  
formosa mea , & veni . Iam enim hys transiit ,  
imber abiit , & recessit , Flores apparuerunt in  
terra nostra , tempus putationis aduenit . *Cant. 2.*  
Coluber ille tortuosus humanae naturæ hostis acer-  
rimus ,

B 3

## ORATIO HABITA

rimus. Diaco ille virulentus, qui cauda sua impieatis atq; superbis, tot agmina stellarum de supernis ad inferos deturbavit: deceptor ille maximus Sathan, qui cunctos hominum filios astu sua iniquitatis decipere gloriabatur: cum parricidia Iudeorum corda impulisset, vt cæci, ac præcipites, sua sola insanabili inuidentia rapti, in Christum Domini erueptas manus injicerent, & de medio tollerent: vidi se esse deceptum: quia quem solum hominem sub nostræ deformitatis imagine reputarat, mediatorem Dei, & hominum revealatam Christi deitatem, tandem agnouit. At, quem non deciperet in tanta maiestate Christi humilitas? In tanta humilitate Christi majestas, quem nō deciperet? Vidi, & vehementer indoluit victorem mortis esse pro homine crucifixum, & quicquid hostiarum differentijs, propheticis vaticinijs, legalibus institutis, dispensatione diuina fuerat variatum; in solo sacramento Dominicæ passionis (iam iacti imaginibus, & figuris, cestantibus) esse completum: & quod prenuntiabatur facendum, esse iam factum: inferni claustra esse disiecta, coeli palatia apertis foribus homini patetæ ad gloriam, cui ipse malignus inferna prepararet ad poenam: sedilia coelestia, & quibus ipse poscentibus superbis sue demeritis fuerat exterritus) per hominem reparanda fore, asq; supplenda.

Hinc coepit liuore interminabili suo pergitus in hominem acius insurgere, hinc bellum cum eo exercere crudelius. Verit se ad arma, ad cruentum iustorum effundendum se verit, vt qui sanguinis Christi innocuo mortis perdiderat imperium, sanguine innocentium fuso recuperaret mortis dominium, & quod in capite insoelix amiserat, in mebris lucraretur si posset. Armat asimit      § 8

JN. I. CAP. PROVIN. 8

gentes, facit ut astent Reges terræ, & Principes contingentes in vacuū: ut idola sua salsa, & vanæ ipsi infideles, à fidelium veritate defenserent.

Perpendite (quæsto) quām magnum istud bellū extiterit, quām acre, quām exitiosum: q Reges terræ omnes administrant, q mundus vniuersus excitat: q Diabolus ipse qmni imbutus odio contra Christi milites semper instruit, ac perpetuò semper iniquus instaurat. Vires tamen diabolicae prauitatis diu cum Christi athletis colluctatæ, eos nec vincere: sed nec submouere vñquam potuerunt. Adhibuit ipse machinas suas tanto tyrañorum robore firmatas, quanto Sathanico astu instruetas: sed validissimas Christi turres minimè profiternebat: arbores in Dei pomario plantatas minis, ac ferro excutiebat, sed poma fidei in charitate obfirmata nullatenus decerpere valebat: ramos tantum carnis confringebat gladio obruncabat: sed fidei radici altius demissæ nullum nōcumentum etiam acuta securis inferebat: parietem carnis ensis saeuentium tyrañorum perforabat: sed thesaurum, qui in cordibus fidelium seruabatur illæsus, sur ipse, nec latro surripere vñquam poterat. Vix ossibus, & carne efformatos Christi martyres etiam tyrañus ipse credebat: sed columnas, sed turres, sed scopulos: nam vt columnæ Christi Ecclesiam sustinebant, velut turre muniebant, & velut scopuli omnès tyrañicarum vndarum assultus, ipsi tranquillitatem, firmitatemq; seruantes repellebant.

Imo quasi secum ipsemet dicebat Diabolus. Gladius meus hos deducit ad gloriam, mors perducit ad coronam ignis ad gaudium, equuleus ad refrigerium, vngula ad triumphum, tormentorum deniq; genera, quæ nostra ingeniosa crudelitas inuenire potuit vniuersa, non illis innocent

## ORATIO HABITA

nocent: sed quotidie ad cœli tabernacula onusti spolijs more triumphantium militum vulneribus suis gaudentes per ea gregatim ingrediuntur. Succedit mihi (dicebat ipse) ista martyrum occisio, sicut lignatoribus syluam cædentiibus quia multæ plures à radicibus detruncatae propagines pullulant, quam rami incidentur: ita pluribus interfectis Christi asceclis, multo plures quotidie eorum constantiæ exemplo adducti, ad Euangelicam doctrinam alacres, & hilares accedunt etiam interficiendi.

Quid faceret? Aut quò se verteret? Ipse pacis nescius, ipse bellandi peritus. Quid faceret? Deponere arma non valet, qui semper hostilem in modum iustos deuexare suevit. Pacem dare negat, qui pacis foedera cum veritate (in qua ipse non stetit) nunquam iniquus habuit. Ad peiora se accinxit basiliscus ipse, qui venenū habet in oculis: flatu suo aerem Ecclesiæ inficere constituit, ita vt quicquid in Ecclesiæ thesauro veritas depositum teneret, sola natum inspiratione (hoc est hæreticorum perfidia) tabefaceret. Ad Christi inconsutile vestem dissuendam, ad vnitatem Ecclesiæ discindendam se conuertit, vt qui per rectitudinem fidei credendo, atq; operando salui fieri poterant, in deviatione noui trahitis errabundi perirent. At quanuis in hoc secundo hæreticoru certamine multis Christiani gregis ouibus ipse semper malus, semper ex omni parte funestus inimicus noster, extiterit causa perditionis, longè tamen pluribus (vt ait Apostolus) fuit occasio salutis: quia dum à Catholicis prauorum, ac pertinaciū infidelitas confutabatur, omnium hæsitantium corda firmabantur, & proficiebat vniuersis ad illuminationē, quod quibusdam inferebatur ad cæcitatem, & si periculum

## JN. I. CAP. PROVIN. 9

culosum esset à lupis, & canibus pertinaciter conflictari, erat tamen (vt est) contra oblatratus, & vñlatus eo, rum pro sinceritate fidei dimicare; autsq; obturare valde gloriosum. Seminavit ipsi in tenebris suæ signoriantæ, atq; stultitiae zizania, vt triticum. Ecclesiæ vel perdatur omnino, vel parumper exhiberet: sed fidei integritas gladio suæ vñtionis illam refecare non cessat, & quamvis omnino extirpare non valeat (quia vsq; ad finem sæculi seruatur ad ignem) sinceritas tamen Catholica cognitam habet eius virulentiam, ac propterea minus per eam offenditur, quia in apertissimis mendacij sua delitia deteguntur.

Non itaq; contentus aduersarius noster solis his hæreticoru armis nobiscum agere, instruxit (proh dolor) & aliud bellum fortasse crudelius, fortasse exitiosius: incendit ignem vrente segetes Bethuliæ, tentauit destruere vrbes in Hierico, Religionis candorem commaculare studuit, itinera perfectionis callida persuasione perturbans, & sicut ventus Aquilo dissipans pluias, tollens gratias, & virtutes antiquorum, & tanquam ferus aper, de sylua viitorum exiens, Christi vineam lumentus exterminat, & tanquam ignis vsq; ad perditionem devorans, omnia virtutum germina deflorat, exurit, eradicit. Non fidei tantum, sed omnibus virtutibus téoria sua opponit, vt per earum victoriam sanctitatis puritatem conflictando, fidem quoq; perurgeat. Nam quid aliud est tepiditas feruoris in domo Dei, nisi via, quæ ducit ad casum, & perducit ad mortem? Ipsa enim tepiditas ouis incubat malitiæ, hæresis autem ex ouis pullos excludit perfidiæ. Tepiditas mætiū nostra arua suę laxitatis aratro ad semina præscindit, hæresis autem seminata ad culmina perducit: tepiditas feruoris

C ligna

## ORATIO HABITA

ligna exiccat, hæresis ad ignem ponit exurenda: tepiditas, velut herba fullonū, inueterata improbitatis vlera, præparat ad tinturam, hæresis demum intincta ad lamentabilem perducit erroris nigredinem.

His arietibus hodie Christianæ sinceritatis, ac perfectionis moenia quatuntur, ita ut penè ad terram nè demoliantur, sit me tuendum. His facibus templum Dei (quæ Religio Christiana est) cuius ope, & auxilio cæterorum hominum incendijs subuenitur, lamentabiliter inflammat. In hac tertia phalange ponit inimicus, & exponit omnes vires suas, vocat superbiam ad prælium, ut inflet: vocat iram, ut inflammet: vocat ingluuiem, ut inquiet: vocat cupiditatem, ut stimulet: vocat inuidiam, ut excrutiet: ambitionem, ut delectet: desidiam, ut eneruet: tandem libidinem aduocat, ut præcipitet: omnes armat, omnes instruit, omnibus dat locum præliandi, ut vincant, nè ipse vincatur.

Hinc hinc acies nostræ perfectionis iam hebescit. His artibus inimicus homo fruges in agro Dominico positas in flore præcipitat, in germine exanimat, in pubertate conuulnerat, & nihil in Religione Christiana relinquit, quod suo venenato afflato non sit infectum, nihil, quod suo lethali vulnere non sit percussum.

Hinc hinc profundissimus desidia nostræ somnus aduenit, quo ita immergimur, ut magnis æterni Patris clamoribus necesse sit nos excitari, qui hodie proprieatis verbis de superno circulo solis nos compellare dignatur. Surge (inquiens) propera amica mea, Columba mea, formosa mea & veni. Surge tu, quæ dermis Carmelitana Religio: properatu, quæ sub patula Religionis umbra, nimis desidiosa, nimis distenta rccumbis. Amica mea, quæ à primordio ita in saceritate

dei

7 N. I. CAP. PROVIN. 10

dei obfirmata extitisti, ut vel contra rabiem, & stultitiam Ocdemaris Turcarum tyranni, centum quadraginta millia Martyrum, atq; virginum corpora, tu sola, & intrepida obieceris. Columba mea, quæ non solum hæreticæ prauitatis luto nunquam fuisti commaculata: imò contra plurimorum hæreticorum prauitatem, tot Cyrillos, tot Caprasios, tot Vualdenses, cæterosq; tuī gremij filios Catholicis armis instructos, victoresq; astare iussisti. Formosa mea, quæ ab initio tanto virtutum decore venustam te exhibuisti, ut cæteris Religionibus esse totius venustatis, ac sanctitatis speculum, & exemplar. Surge, propera, ut sis (prout antea fueras) in custodia disciplinæ rigida, in castigatione corporis distracta, in contemplatione bonorum cœlestium suspenfa. Surge ad mundi pompas contemnendas propera ad plantandas vineas, ut faciant fructum natuitatis. Transeat iam gelida hyems: beat torpor nostræ tepiditatis. Ne sint amplius Carmeli plantaria nimio frigore spoliata folijs, denudata pomis. Transeat tempus frigescientis charitatis in obsequio Dei, & in dilectione fratrum: Abeant iam, & recedant imbres A Egypti, qui conuertuntur in sanguinem:abeant imbres delitarum, & voluptatis, qui nimio profluvio sanctorum desideriorum sata semina suffocat. Ecce flores Carmeli, ecce firmamenta nostri Ordinis, ecce ornamenta primævæ Religionis apparent in terra nostra, in Complutensi viridario (quæ terra nostra à Catholicis vocari digna est) cuius scientia, & sapientia Ecclesia Dei tantum hodie resflorescit.

Ex eo die congruè terra nostra diceris Complutum, Conuersio ex quo sanctissima tua sebole Iustus, & Pastortutelares tui, ætate pueri, sed fide senes, ætate debiles, sed statim.

C 2 fide

fide robusti, etate infantes, sed fide facundissimi, car-  
tulas pueriles disrumpentes proiecerunt in terram, vt  
per sacratas paginas, quibus omnis veritas (eliminato  
mendacio) solidata continetur, de coelestib[us] erudien-  
di, etiam per sanguinis effusionem sitibundo pectore  
ediscerent, quæ per compendia martyrij (ex discipulis  
doctores effecti) latissimè docerent. Ex eo (inquam)  
die tibi diuinæ largitatis dextera condonauit, vt etiam  
recta isth[ec] tua, etiam parietes domorum, etiam lapides  
viarum tuarum, Christianæ doctrinæ mellaria exhibe-  
rantissimè emanarent, vt filij, & aluinni tui docendi  
officium, magis consulendi charitate, quam placendi  
vanitate, susciperent: non vt se doctos ostenderent,  
sed vt ignaros veritatem Dei docerent: non plausum à  
suis auditoribus quærerent, sed profectum expeterent:  
magis de sanctitate operis, quam de elucubati sermonis  
venustate solicieti: quiq; velut lucernæ ardentes in  
tenebrosa schismatum huius ïœculi nocte, Catholicam  
fidem sapientiæ faculis illuminarent: imò vt veri soles,  
in die veritatis emicatissimis radijs effulgescerent. In hac  
terra apparent hodie flores rosatum Carmeli, velut in  
diebus vernis: flores, quos pluvia voluntaria irrigauit,  
quos segregauit Deus bæreditati suæ, & in unico fasci-  
culo sacratissimæ huius Religionis coadunauit, in do-  
mo Dei refragantes cum consensu. Dominus fecit no-  
bis hanc benignitatem, vt terra nostra Complutensis  
daret hodie, flores suos.

*Conuersio ad Philip.* Tu quoq; Philippe Rex pientissime, corroborasti.  
super nos tuam misericordiam, qui respiciens ex alto  
solio tuo modicos, & pauperculos montis Carmeli ac-  
cessus, obvolutus pedibus Gregorij Maximi Pontificis  
imperasti, vt flores, qui apparuerant in terra Carmeli,  
omnino

omnino non arescerent: sed ad maturitaits, & fructu  
vertatis spem, securi peruenirent, vt non posset gelu  
malitiæ præualere aduersus flores, qui apparent, nec  
præripere fructum perfectioris vitæ, quam promit-  
tunt. Induit te Dominus hac virtute ex alto, vt Christi  
pauperes omni humano auxilio deslitutos, manu tua  
potenti (quod tuæ pietatis extitit) defenderes, ac pro-  
tegeres. Ponetur hoc memoriale tuum in holocaustum  
Domino in odorem suavitatis: Constituemus tibi (vt  
par est) hunc diem solennem in condensis, vsq; ad cor-  
nu altaris: quia per te redditæ est pax in campestribus  
nostris: quia tuo auspicio desideratissimum tempus  
nostræ putationis aduenit. O quam grata, ô quam gra-  
ta vox est, quibus ad frigora depellenda operimenta de-  
sunt, audire. Hyems gelida transiit. O quam incunda  
vox est, quibus ad luta calcanda calcimenta non sunt,  
audire. Imber pluiosus abiit, & recessit. Sed iucundior  
vox est, quibus fragrantia benignitatis Pontificiæ, &  
tuæ pietatis redolentia (maxime Philippe) tantopere  
expectabatur, audire. Flores apparuerunt in terra nos-  
tra: Sed supra modum fœlicissima vox auribus nostris  
hodie insonuit, qui nepotinos surculos de vetusto  
vincæ nostre trunko rescindēdos (hoc est) iitioris vite  
vsus, & mores reformatos cupimus, audire. Tempus  
putationis aduenit. Atq; ad tanti beneficij magnitu-  
dinem, hunc etiam cumulum addere voluisti, vt vnum  
ex millibus eligeres ad huius vitis putationem vinito-  
rem peritissimum, cui vix paucos pares dare poteras,  
sed & nullum in arte putandi peritiorem.

*Conuersio ad Cōmis-  
fariū Apo-  
stolicum.* Te inquam, (grauiissime Pater Ioannes) ad tanti mu-  
neris functionem elegit, & præelegit inuictissimus  
Philipus, & Beatissimus Gregorius te delegit. Accin-  
gere

# ORATIO HABITA

gere ergò operi sancto, sume faciem ancipitem, fac  
in vineta nostra vindictam, alliga voluntatem, cupiditatemq; nostram in compedibus, & manicis ferreis,  
& fac castitati nostre hodie iudicium cōscriptum. Scribe: quia sapis, & de: quia potes, constitutiones, ita ex  
omni parte vallatas, vt omnis qui in ordine Discalceatorum censeatur, à se superflua ita porrò resecet, vt pu-  
tata non repullulēt, vt effugata nō redeant, vt extincta,  
& penitus sopita non excitentur. Non ad plantandum  
mitteris, sed ad putandum, quod ab Eliæ Parentis nos-  
tri seculo plantatum est. Vis scire, quid ex hac putatio-  
ne tua speramus? Vt dubia firmentur, vt clausa pateant,  
vt tenebrosa lucecant, vt dehinc castitas nostra sit so-  
bria, mens integra, virtus sincera. Ecce pectus nostrum  
sistit, & patet: quantum illuc perfectionis infuderis (Pa-  
ter grauissime) tantum gratia Dei opitulante, haurie-  
mus. Succide ergò noxia, puta superflua, amputa sterili-  
lia, vt farmenta, quæ in vite remanserint, vberius fruc-  
tificant.

**Conserfio  
ad Beatam  
virginem.** Sed quomodo tantam putationem recte, ac salu-  
briter obire, vel persequi poterit Ioannes tuus (ô sacra-  
tissima mater, virgo puerpera) nisi tu de præparato ha-  
bitaculo tuo super ipsum, superq; filios tuos, qui ha-  
bitant terram, benigna respexeris? Nisi materna viscera  
de filiorum suorum dispendio condoleant? Miserere  
ergò, miserere, flos Carmeli, vitis florigera. Miserere,  
quia denigratum est aurum, quia immutatus est color  
optimus, quia dispersi sunt lapides sanctuarij tui Car-  
meli, in medio platearum. Conuerte oculos tuos, &  
vide, quia quæ olim affluebat spiritualibus delitijs, quæ  
abundabat muneribus diuinis, quæ efferebatur hono-  
ribus, quæ sanctitate pollebat, quæ foris scientia vige-  
bat,

# JN. I. CAP. PROVIN. 12

bat, & intus sapientia radiabat, atq; super cœlorum  
conuersabatur in alta, nunc iacet in imis, non casu, sed  
v̄su, nunc caligat in oculis, non senio, sed otio, nunc  
torpida riget in manibus, non vulnere, sed frigore, ac  
demum ( quasi tremula paralyſi correpta) cunctis lan-  
guet in membris: quia vndiq; somnolentia vinculis  
alligata (cœū auis aucupata, visco) irretita tenetur. Vide,  
quomodo Carmelus tua gemit, quomodo fletu indulget,  
quomodo lachrymas tanquam panem mandu-  
cat, quomodo potū suum cum fletu miscet, quomodo  
deducit exitus aquarum per oculos suos, quando pri-  
mitiæ adolescentiæ suæ tempora recolit, quando talis  
erat, vt quasi veneraretur ab Angelis, coleretur à sanc-  
tis, & à te tantopere diligenter, vt eius pulcritudine  
allecta (mater sanctissima) multoties (vt monimenta  
nostra habent) de excelsō solio tuo descenderes in hor-  
tum Carmeli, vt videres poma conuallium, vt inspi-  
ceres florentes vineas, & germinantia mala punica,  
præsentiatuæ maiestatis recreare dignabar. Sed quo-  
modo non amares tunc filios tuos Carmelitas, primi-  
tias Spiritus sancti, qui recenti sacri cruxis effusione  
respersi, igniti plurimum, lætabundi nimis, & valde  
gaudentes (vt potè, qui ex sponsi cellario nuper egressi  
vinum v̄x charitatis bibebant ineracissimum) effun-  
dentes, quod spiritus infuderat ad conuersationem, & sa-  
lutem animarum, quando non carnem sapiebant, sed  
spiritu feruebant, quando omnibus erant sapientes, so-  
lis sibi in oculis suis insipientes?

Impetra nunc à filio tuo sanctissimo (Mater hono-  
rificata) vt Ioanni tuo mittat spiritum sapientiæ, & in-  
tellectus, vt sciat hodie nobis dare Patrem, qui infir-  
mitatibus filiorum compatiatur, vt nobis præheat ma-  
gistrum

## ORATIO HABITA.

gistrū, qui quod sermonibus admonet, opere impletus,  
quiq; sit virtutum cultor assiduus, & vitiorum vltor intrepidus: vt det pastorem, qui oves sibi commissas, vitæ exemplaris pastu ducat, & nutriat: det medicum, qui congruam medicinam sciat subditorum præbtere languoribus: det præceptorem, qui discipulos suos, & in virga ferrea regat, & in spiritu lenitatis corrigat: qui vitæ emendationi semper inuigilet: qui nunc minister reat, nunc blandis sermonibus demulceat: vt det nobis præfulem, qui cognoscat, quam laboriosum pondus suscepit, quam manifestum periculum incurrit, si ad culmen regiminis animarum ex sola elatione peruerterit, qui cum infirmantibus infirmetur, cum afflictis affligatur, cum periclitantibus ipse periclitetur, vtq; omnia omnibus cum Paulo fiat, quiq; deum vigilanteri cura in vinea Carmeli congregata restauret, & restaurata conseruet, vt sit Religio hæc tuo sacrato titulo insignita, in sanctitatis ostensionem, sicut terebinthus, & sicut quercus, quæ extendit ramos suos in honorem gloriissimi nominis tui, & Domini nostri Iesu Christi filij tui. Qui viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

(?)

## PRIVILEGIUM

PONTIFICIS IN ROMANIA

Pontif. pro confirmatione primævæ Regulæ fratrum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmeli, ab Alberto Patriarcha Hierosolymitano, predicti Ordinis fratribus olim traditæ, & per bonæ memorie Hugonem. S. R. E. Presbyterum Cardinalem, & Guillielmum Episcopum Antheradensem, dicti Innocentij Pape authoritate correctæ: quam nunc fratres eiusdem Ordinis Primitiui (Discalceati nuncupati) profitentur. Anno Domini M. CC. XLVIII. expeditum.

## SUMMARIUM PRIVILEGII.

- 1 Summus Pont. approbat, & confirmat Regulam fratrum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmeli ab Hugone. S. R. E. Presbytero Cardinali: & Guillielmo Antheradensi Episcopo, Commissione, & autoritate Apostolica, ad instantiam predicatorum fratrum correctam, &c.
- 2 Exemplum literarum, predicatorum Commissariorum, Priori & Capitulo generali prefati Carmelitici Ordinis directarum describitur.
- 3 Tenor Regulæ ab iisdem declarata, & correcta, de verbo ad verbum Apostolicis literis insertus annotatur.
- 4 Data literarum predicatorum Commissariorum.
- 5 Haec confirmationis Privilegio, perpetua firmitatis robur adjicitur.

## M V P R I V I L E G I V M . I I I I

**I**NNOCENTIVS EPISCOPVS,  
Seruus fruorum Dei, dilectis filijs Priori,  
& fratribus Eremitis B. Mariae de Monte  
Carmeli salutem, & Apostolicam bene-  
dictionem.



Etæ Sabinae præbyterum Cardinalem, & venerabilem fratrem nostrum Guillielmum Antheradensem Episcopum, quædam vestræ Regulæ dubia declarari, ac corrigi, ac etiam ipsius quædam grauiam misericorditer fecerimus mitigari, prout in literis inde confessis, plenius continetur. Nos vestris pijs desiderijs assuientes, declarationem, ac mitigationem, & correctionem huiusmodi, autoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem literarum ipsarum de verbo ad verbum, fecimus præsentibus annotari, qui talis est.

**F**rater Hugo Diuina miseratione tituli S. Sabinae Præbyter Cardinalis, & frater Guillielmus eadē miseratione Antheradensis Episcopus, charissimis in Christo Religiosis Priori generali, & Disinitoribus Capituli generalis Ordinis fratru Beatæ Mariæ de Monte Carmeli, salutem in omnium salutari. Accedentes ad Apostolicam sedent fratres clericu Reginaldus, & Petrus Ordinis vestri, ex parte vestra à Domino Papa humiliter postularunt, ut quædam, quæ in Priuilegio vestro,

&amp; Re-

& Regula, olim vobis à fœlicis memoria Alberto Patriarcha Hierosolymitano tradita continentur dubia declarare, corrigerè; ac etiam quædam ipsius grauiam mitigare, misericorditer dignaretur. Cum igitur Dominus Papa eorum deuotis supplicationibus annuendo nobis commiserit, vt declarationem, correctionem, & mitigationem huiusmodi faceremus vice ipsius, secundum quod statui bono Ordinis, & fratribus saluti expediens videmerimus. Religioni vestræ, qua fungimur auctoritate mandamus, quatenus Regulam à nobis correctam, declaratam, ac mitigatam (prout expedire vidimus) deisote recipientes, eam firmiter obseruetis, & ad instar eiusdem alias vestras Regulas corrigatis: quam vobis per eosdem fratres mittimus, in hac forma.

*Incipit Regula.*

**A**LBERTUS DEI gratia Hierosolymitanus Ecclesiæ vocatus Patriarcha, dilectis filiis Brocardo, & cæteris fratribus Eremitis, qui sub eius obedientia iuxta fontem Eliæ in Monte Carmeli morantur, in Domino, salutem, & Sancti Spiritus benedictionem.

Multisarie, multisq; modis sancti patres instituerunt, qualiter quisq; in quocunq; Ordine fuerit, vel quemcunq; modum Religiosæ vitæ elegerit, in obsequio Iesu Christi vivere beat, & eidem fideliter de corde puro, & conscientia bona deseruire. Verum quia requiritis à nobis vt iuxta propositum vestrum tradamus vobis vitæ formulam, quam tenere in posterum debeatis.

*De Priore habendo, & tribus promittendis.*

**I**LUD in primis statuimus, ut unum ex vobis habeatis Priorem, qui ex vñanimi, omniumq; assensu, vel maioris, & seniorioris partis ad hoc officium eligatur, cui obediētiam promittat quilibet aliorum, & prōmissam studeat operis veritatem seruare cum castitate, & abdicatione proprietatis.

D e re-

*De receptione locorum.*

**L**ocum autem habere poteritis in Eremis , vel vbi donata vobis fuerint, ad vestræ Religionis obseruantiam apta, & commoda, secundum quod Priori, & fratribus videbitur expedire.

*De cellulis, & clausura fratrum.*

**P**reterea iuxta situm loci , quem inhabitare proposueritis , singuli vestrum singulas habeant cellulas separatas, sicut per dispositionem Prioris ipsius, & de assensu aliorū fratrum eadem cellulæ cuiq; fuerint assignatae. Ita tamen, quod in communi Refectorio, ea , quæ vobis erogata fuerint, communiter aliquam lectionem sacræ scripturæ audiendo (vbi commodè poterit obseruari) sumatis. Nec licet alicui fratre nisi de licentia Prioris (qui pro tempore fuerit) deputatum sibi mutare locum, vel cum alio permutare.

Cellula Prioris sit iuxta introitum loci , ut venientibus ad eundem locum primus occurrat, & de arbitrio, & dispositione ipsius postmodum quæ agenda sunt cuncta procedant.

Maneant singuli in cellulis suis, vel iuxta eas die, ac nocte, in lege Domini meditantes, & in Orationibus vigilantes : nisi alijs iustis occasionibus occupentur.

*De Horis Canonicas.*

**H**i qui horas Canonicas cum Clericis dicere norunt, eas dicant secundum Constitutionem sanctorum patrum, & consuetudinem Ecclesiarum approbatam. Qui eas non nouerint, vigiliū quinq; vicibus, Pater noster dicant in nocturnis vigilijs: exceptis Dominicis, & solennibus diebus in quorum vigilijs prædictum numerum statuimus duplicari: vt dicatur Pater noster vicibus quinquaginta: septies autem eadem dicatur Oratio in Laudibus Matutinis: in alijs quoq; horis sc̄pties similiter eadem dicatur oratio sigillatim: præter officia Vespertina, in quibus ipsam quindecies dicere debeatis.

De Ab-

*De abdicatione proprietatis.*

**N**ullus fratum sibi aliquid proprium esse dicat: sed sint, vobis omnia communia, & distribuatur vnicuiq; per manum Prioris, id est per fratrem ab eodem ad idem officium deputatum , prout cuiq; opus fuerit , inspectis ætibus, & necessitatibus singulorum.

Afrimos autem, siue mulos, prout vestra ex postulauerit necessitas, vobis habere liceat, & aliquod animalium, siue volatilium nutrimentum.

*De Oratorio, & cultu Diuino.*

**O**ratorium (prout commodius fieri poterit) construatur in medio cellularum , vbi mane per singulos dies, ad audienda Missarum solennia conuenire debeat, vbi hoc commode fieri poterit.

*De Capitulo, & correctione fratrum.*

**D**ominicis quoq; diebus , vel alijs ( vbi opus fuerit ) de custodia Ordinis, & de animarum salute tractetis , vbi etiam excessus, & culpas fratrum ( si quæ in aliquo deprehensa fuerint) charitate media corrigantur.

*De Ieiunio.*

**I**eiunium singulis diebus (exceptis Dominicis) obseruetis, à festo Exaltationis sanctæ Crucis , vsq; ad diem Dominicæ Resurrectionis , nisi infirmitas , vel debilitas corporis , aut alia iusta causa ieiunium solui suadeat: quia necessitas non habet legem.

*De abstinentia carnium.*

**A**busu carnium abstineatis, nisi pro infirmitatis, vel debilitatis remedio sumantur. Et quia vos oportet frequentius mendicare itinerantes (ne sitis hospitibus onerosi) extra domos vestras sumere poteritis pulmēta cocta cum carnisbus: sed & carnisbus supra mare vesci licebit.

D 3 De

# REGULA.

## *De spiritualibus armis.*

**Q**via vero tentatio est vita hominis super terram, & quia pie volunt viuere in Christo, persequotionem patiuntur, aduersarius quoq; vester Diabolus tanquam leorugiens circuit querens quem deuoret, omni solicitudine studatis indui armatura Dei, ut possitis stare aduersus infidias inimici. Accingendi sunt lumbi vestri cingulo castitatis. Munendum est pectus cogitationibus sanctis, scriptum est enim. Cogitatio sancta seruabit te. Induenda est lorica iustitiae, vt Dominum Deum vestrum ex toto corde, ex tota anima, & tota virtute diligatis, & proximum vestrum, tanquam vos ipsos. Sumendum est in omnibus scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguerre: sine fide enim impossibile est placere Deo. Galea quoq; salutis capiti imponenda est, ut de solo Saluatore speratis salutem, qui saluum facit populum suum à peccatis eorum. Gladius autem spiritus, quod est verbum Dei, abundantanter habitet in ore, & in cordibus vestris, & quicunq; vobis agenda sunt, in verbo Domini fiant.

## *De labore manuum.*

**F**aciendum est vobis aliquid operis, vt semper Diabolus inueniat vos occupatos, ne ex ociositate vestra aliquem intrandi aditum ad animas vestras valeat inuenire. Habetis in hoc Beati Pauli Apostoli magisterium, pariter & exemplum (in cuius ore Christus loquebatur) qui positus est, & datum à Deo prædictor, & Docto gentium in fide, & veritate, quē si sequuti fueritis nō poteritis oberrare. In labore (inquit) & fatigione fuimus inter vos, nocte, & die operantes, né quem vestrum grauaremus: non quasi nos nos haberemus potestatem, sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos: Nam cūm essemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis. Quoniam si quis non vult operari, non manducet. Audiuimus enim, inter vos quosdam ambulare inquiete nihil operantes: ijs autem qui huiusmodi sunt denunciamus, & obsecramus, in Domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes, panem suum manducent. Hæc via sancta est, & bona, ambulate in ea.

Def.

# PRIMITIVA.

16

## *De silentio.*

**C**ommendat autem Apostolus silentium, cum in eo præcipit operandum, & quemadmodum Propheta testatur, Cultus iustitiae silentium est: & rursus. In silentio, & spe erit fortitudo vestra. Ideoq; statuimus, vt dicto Completorio silentium teneatis, vsq; ad Primam dictam sequentis diei. Alio verò tempore, licet silentij non habeatur obseruatio tanta; diligentius tamen à multiloquio caueatur. Quoniam sicut scriptum est, & non minus experientia docet, in multiloquio peccatum non decrit: & qui inconsideratus est ad loquendum sentiet mala. Item, qui multis vtitur verbis laedit animam suam. Et Dominus ait in Euangeliō. De quocūq; verbo otioso, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Faciat ergo unus quisque staterat verbis suis, & frenos rectos ori suo: (ne forte labatur, & cadat in lingua sua, & insanabilis sit casus eius ad mortem) custodiens cum Propheta vias suas, vt non delinquat in lingua sua: & silentium, in quo cultus iustitiae est, diligenter, & cautè studeat obseruare.

## *Exhortatio ad Priorem.*

**T**V autem frater Brocarde, & quicunq; post te institutus fuerit Prior, illud semper habeatis in mente, & obseruetis in opere, quod Dominus ait in Euangeliō. Quicunq; voluerit inter vos maior fieri, erit minister vester, & quicunq; voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus.

## *Exhortatio ad fratres.*

**V**Os quoq; cæteri fratres Priorem vestrum honorate humiliter: Christum potius cogitantes, quam ipsum, qui posuit illum super capita vestra, & Ecclesiarum Præpositis ait Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Ut non veniatis in iudicium de contemptu, sed obedientia mereamini vitæ æternæ mercedem.

## *Conclusio Regulae.*

**H**Æc Breuiter scripsimus vobis, conuersationis vestre formulam statuentes, secundum quam viuere debeatis. Si quis

## REGVLA

quis autem supererogauerit, ipse Dominus cum redierit, redet ei: vtatur tamen discretione, quæ virtutum est moderatrix.


Actum Lugduni. Anno Domini, Millesimo, ducentesimo, quadragesimo octavo, Domini Papæ Innocentij quarti, anno quinto, Kalendis Septembbris.

Nulli ergo hominum licet hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare prætulperit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, se nouerit incursum. Datum Lugduni, Kalendis Septembbris, Pontificatus nostri anno quinto.

17

IN NOMINE SANCTISSIMÆ  
& indiuiduæ Trinitatis, Patris, &  
Filij, & Spiritus Sancti.

Amen.



D perpetuam rei memoriam.  
Nouerint uniuersi, & singuli præsens publicum transumpti instrumentum visuri, lecturi, pariter & legi audituri, quod ego Antonius Gundisale<sup>r</sup> publicus Apostolica autoritate Notarius, ad requisitionem Patris fratris Ludouici à Sancto Hieronymo, Congregationis fratrum Discalceatorum Ordinis Beatae, ac glorioissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmeli, Religiosi professi, prædictaq; eiusdem Congregationis Diffinitoris Consiliarij, & de Domini Doctoris Joannis Baptista Neroni, per Reuerendissimum, ac Illustrissimum D. D. Gasparum à Quiroga. S. R. E. Cardinalem, Archiepiscopum Teletanum, in oppido Madriti, eiusq; adiacentibus Vicarij generalis commissione, vidi, legi, ac diligenter inspexi quadam instrumeta publica, ac literas Apostolicas,

E sine

## PRIVILEG. GREG. XIII.

sue Privilegia originalia, pro sacra Congregatione fratrum, & Monialium Ordinis Beatae Mariae de Monte Carmeli, Regulam primitiuan profitentium, qui Discalceati nuncupantur, expedita, pariter & concessa, sana, & integra, non vitiata, non rasa, non cancellata, neque in aliqua eorum parte suspecta, sed omni prorsus vitio, & suspicione carentia, ac sub sigillis annuli Piscatoris, que à summis Pontificibus sunt expedita, reliqua verò sigillis, subscriptionibus, & signis unicuique, competentibus munita, subscripta, atque signata. Quorum quidem Privilegiorum, ac Instrumentorum tenor, ex originalibus eorumdem literis, de verbo ad verbum transumptus (prater summaria, & capita quedam, quae ante unum quodque Privilium, ac Instrumentum, pro ipsorum expeditiori declaratione, ac intelligentia in modum Indicis, à predicto P. F. Ludouico à Sancto Hieronymo, diverso literarum caractere apposita sunt) sequitur, & est talis.

Priuilegium Gregorij. XIII. Rom. Pontif.  
fratribus Discalceatis primitiua Regula  
Ordinis

## ROMANI. PONTIE. 18

Ordinis B. Mariæ de Monte Carmeli profidentibus, ad instantiam Philippi. II. Hispaniarum Regis inuestissimi, & praedictorum fratrum, pro erectione, ac separatione Provinciae indultum, & concessum. Anno Domini. M. D. LXXX. expeditum.

### S V M M A R I V M P R I V I L E G I I .

- 1 Relatio facta Romano Pontifici per Philippum. II. Hispaniarum Regem, & fratres Discalceatos.
- 2 Mentio fit Regulae primitiuae, per Innocentium. IIII. confirmata, & mitigationis eiusdem Regulae per Eugenium. IIII. Rom. Pont.
- 3 Quo anno, ubi, qua auctoritate, sub qua obedientia, & per quos Regula primitiua, Ordinisq; primaeum institutum est suscitatum.
- 4 Incrementum fratrum, & Monialium Discalceatorum, & eorumdem numerus Conuentuum explicatur.
- 5 Instituta quedam pia, & laudabilia à principio institutionis seruata.
- 6 Molestiae per Mitigatos fratres Primitiuis illatae, & cetera in petitione contenta, referuntur.
- 7 Humilis supplicatio Phi. Regis, & fratrum Discalceatorum.
- 8 Rationes animum Pontificis mouentes annuere supplicationi praedictorum.
- 9 Laudat simul, & approbat summus Pont. de consilio Cardinalem sacra Regularium Congregationi praefectorum, pium institutum Discalceatorum fratrum.
- 10 Discalceati à Mitigatis fratribus se iunguntur, & ab illorum iurisdictione perpetuo liberantur.

## PRIVILEG. GREG. XIII.

- 11 Erigitur Primitiuvorum Prouincia, fratum Discalceatorum nun cupanda, sub obedientia Generalis totius Ordinis.
- 12 Forma à Priore Generali in visitatione, reformatione, correctione, & punitione fratum Discalceatorum obseruanda.
- 13 Reverentia à fratribus Discalceatis Priori Generali exhibenda.
- 14 Authoritas Provincialis Discalceatorum, in Capitulo, & extra.
- 15 Facultas Monasteria Vbiq; fundandi, cuiusvis licentia minime requisita, Prouinciali tributur.
- 16 Posse suum officium exercere postquam electus fuerit, absq; alia confirmations, eidem conceditur.
- 17 Privilegia, & indulgentia Ordinis confirmantur, & denuò fratribus Discalceatis conceduntur.
- 18 Transitus ad suum Mitigatorum, vel alium, preterquam ad Carthusiensium Ordinem, sine Apostolica nota, absq; sedis Apostolicæ licentia, inhibetur.
- 19 Mitigatorum prælati ne super premisis Discalceatos molestare, perurbare, aut inquietare presumant, sub excommunicationis pena, stricte prohibetur.
- 20 Recursus liber ad sedem Apostolice & ad Ord. Protectorem fratribus conceditur: de licentia tamen Prioris Provin. ipsorum.
- 21 Revocatur facultas quæcunq; vel iurisdictionis Mitigatorum in Discalceatos.
- 22 Harum literarum authoritas roboratur.
- 23 Tollitur facultas aliter iudicandi, interpretandi, &c.
- 24 Conservatores indices harum literarum designantur.
- 25 Privilegium hoc per literas Apostolice nullatenus derogari posse declaratur, nisi in ijs expressa, ac de verbo ad verbum de induito huiusmodi mentio habeatur.
- 26 Harum literarum trasumptus, vbiq; fides praestari iubetur.

PRI-

## ROMANI PONTIF.

19

### PRIVILEGIUM.

## Gregorius. PP. XIII.



D PERPETVAM REI MEMORIAM. Pia consideratione Romanum decet Pontificem, circa statum Religiosorum ita attēdere, vt ipsi Religiosi Regulam, quam ab initio professi sunt, obseruare nitentes ab omni molestia vindicentur. \* Exponi siquidem nobis nuper fecerūt charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, & dilecti filij Religiosi, Discalceati nuncupati Ordinis Beatae Mariæ de Monte Carmelo, in Regionis Hispaniarum existentes. \* Quod cum aliâs fœlicis recordationis Innocentius Papa. IIII. predecessor noster, supplicationibus Prioris, & fratum Eremitarum B. Mariæ de Monte Carmelo, ea in parte inclinatus, declarationem, & correctionem Regulæ eorum Ordinis, à bonæ memorie Alberto Patriarcha Hierosolymitano sibi traditæ, per bonę etiam memorię Hugonem tituli S. Sabine Presbyterū Cardinalē, & Guillielmum Episcopū Antheradensem de eiusdem Innocentij Papæ mandato factam, & per eosdem fratres firmiter obseruandam confirmasset: ac postmodum pīc memorię Eugenius Papa. IIII. predecessor noster, per eum accepto, quod in quibusdam capitulis dictæ Regulæ, inter alia cauebatur, quod fratres prædicti Ordinis ab esu carnium se abstinerent, nisi pro infirmitatis, vel debilitatis remedio: eisdem etiam quod singulis diebus (Dominicis dumtaxat exceptis) à festo Exaltationis sanctæ Crucis, vlsq; ad festivitatem Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi ieiunare tenerentur: quodq; singuli eorum manere deberent in cellis suis die, ac nocte in lege Domini ineditantes, ac in orationibus vigilates, præcipiebatur, rigorem huiusmodi mitigans, ac Regulam ipsam moderans statuisset, ordinasset, & concessisset, quod dicti Ordinis professores, tunc, & pro tem-

E 3 pore

pote existentes , tribus dumtaxat diebus singularum hæbdomadarum, etiam quibus (vt præfertur) iejuuare iuxta eandem Regulam adstricti , præterquam in Aduentu', & in Quadragesima , & alijs generalibus prohibitis diebus , carnisbus vesci , ac horis congruis in eorum Ecclesijs manere , & per claustra , ac eorum ambitus deambulare , liberè , & licite valerent. Decernens eosdem fratres , & eorum singulos , circà præmissa ad arctiorem obseruantiam , quam supra permittitur occasione professionis in dicto Ordine emissæ , vel in postrem emittendæ , minime tenerentur: & aliâs , prout in eorundem Innocentij , & Eugenij literis desuper confessis , plenius continetur.

\* Demum de Anno Domini. M. D. L X V . seu alio veriore tempore, nonnulli dicti Ordinis professores (Diuina inspirante gratia) primum dictæ Regulæ institutum imitari cupientes, postpositis quibusq; corporis cōmodis , dummodo Christum lucrifacerent , cum licentia sui Prioris generalis , tunc in Hispaniarum partibus ex istentis , ibi aliquot fratum , & Monialium Monasteria , in quibus Primitiuæ Regula prædicta cū omni obseruantia , & rigore retineretur ( sub obedientia tamen Provincialis ) fundare , & ædificare cœperunt. Quam quidem Regulam , & obseruantiam , fundatores prædicti , ac etiam qui pro tempore admittebantur ex Mitigatis , renuntiando Mitigationi , & relaxationi dicti Eugenij prædecessoris , transacto probationis anno , denuò ac etiam alij de seculo venientes profitebantur. \* Et successiù ( benedicente Domino ) numerus Religiosorum Primitiuam Regulam huiusmodi profitentium , & obseruantium , adeò hoc tempore excreuit , vt de præsenti viginti duæ domus fratum , & Monialium huiusmodi , in quibus ferè trecenti fratres , & ducentæ Moniales existunt , deuotum Altissimo famulatum exhibentes , in prædictis regnis Hispaniarum reperiantur. \* Religiosi autem huiusmodi , ultra contenta in Regula prædicta (de licentia dicti Generalis , & cuiusdam Vicarij , ab eodē Generali in Provincia Castellę depu-tati , ac cum approbatione Visitatorū Apostolicorum , qui fuerunt dictæ Religionis ) quædam instituta ad carnis mortificationem , & populi ædificationem , ab initio suæ institutionis obseruare incepérunt: veluti Discalceatos incedere (vnde Discalcea-

calceatorum nomen fortiti sunt) indu sacco , dormire super tabulis , ad subleuandam suam inopiam manibus proprijs operari , multum in oratione se exercere , atq; Diuinum officium sine cantu , seu modulatione recitare.

\* Cum autem (sicut eadem expositio subiungebat) ipsis Religiosis Discalceatis quam plures molestiæ , & impedimenta eorum piuum institutum turbantia , per fratres mitigata ab eodem Eugenio prædecessore Regulam (vt præfertur) profitentes (Mitigatos nuncupatos) super præmissis illatæ fuerint , ipsiq; Discalceati Prælatum ordinarium ex suis Discalceatis ( vt par esset ) non habebant , sed ad præsens per dilectum filium Angelum de Salazar ex fratribus Mitigatis Vicarium generali à Venerabili fratre Philippo Episcopo Placentino , in dictis Regnis , nostro , & Apostolicę sedis Nuntio , (donec de idoneo superiore eiusdem professionis Discalceatorum prouideatur) deputatum , regantur: ac summoperè cupiant ad corundem quietem , & tranquillitatem conseruandam , ac pro Religionis , & strictæ eorum obseruantia , atq; instituti progressu , & augmento , vt de omnibus Monasterijs , quæ in dictis Regnis nunc sunt , & pro tempore erunt , vel erigentur , ipsorum Discalceatorum , tam virorum , quam mulierum dictam Primitiuam Regulam profitentium , vna Provincialia fiat , separata à Provincialijs fratum Mitigatorum huiusmodi , quæ sublit immediate Priori generali dicti Ordinis , & gubernetur per Priorem Provincialis , ex ipsiusmet fratribus Discalceatis in Capitulo dictæ Provincialiæ , Canonicè eligendum , prout alij Priors Provincialiales eiusdem Ordinis in similibus Capitulis Provincialibus eliguntur , & deputantur. \* Propterea , tam dicti Religiosi Discalceati , quam dictus Philippus Rex (qui prefectum Religiosorum huiusmodi maximè exoptat ) nobis humiliiter supplicare fecerunt , vt honestis petitionibus huiusmodi annuere , & aliâs in præmissis opportunè prouidere , de benignitate Apostolica dignaremur.

\* Nos igitur æquum , & rationi consonum ducentes , vt qui arctioris Regulæ obseruantiam sectantur , superioribus , eorum qui in laxiori degunt , non subiaceant: sed quilibet eiusdemmet professionis superiores habeat , & ab illis iuxta eorum instituta regularia prospere , & fœliciter gubernentur : prædictorum



## PRIVILEG. GREG. XIII.

fratum, & Monialium Discalceatorum tranquillitati, & indemnitati, eorumq; instituti propagationi, & profectui consolare cupentes, eisdem fratres, & Moniales, eorumq; singulos à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis, à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodo libet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequēdum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censes, huiusmodi supplicationibus inclinati, \* de Venerabilium fratrum nostrorum. S.R. Ecclesiæ Cardinalium super visitatione Apostolica, & consultatione Episcoporum, ac Regulium reformatione deputatorum (quibus hoc negotium examinandum mandaimus) consilio, institutum huiusmodi, quod iuxta Primitiuam Regulam prædictam, dicti fratres Discalceati profitentur, laudantes, & approbantes, \* dictos fratres, & Moniales Primitiuam Regulam huiusmodi, in Regnis Hispaniarum obseruantes (Discalceatos nuncupatos) eorumq; domus, Conuentus, Monasteria, & loca, nunc, & pro tempore existentia, à Prouincijs fratrum, & Monialium eiusdem Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, Regulam per prædictum Eugenium prædecessorem mitigatam, nunc, & pro tempore obseruantium, Mitigatorum nuncupatorum, penitus, & omnino in perpetuum, Apostolica authoritate, tenore præsentium feiungimus, separamus, & dismembramus, ipsosq; Discalceatos ab omni, & quacunq; iurisdictione, visitatione, correptione, & superioritate, Prioribus, Prouincialibus, & alijs Prælatis, & superioribus Mitigatis, in ipsos Discalceatos competente, perpetuò eximimus, & liberamus. \* Nec non eorundem fratrum, & Monialium Discalceatorum prædictorum domus, Monasteria, & loca quæcunq; haec tenus erecta, & instituta, ac in posterum erienda, & instituenda, in unam Prouinciam de perle, Discalceatorum nuncupandam, per unum Priorem Prouinciam, in Capitulo dictæ Prouinciæ, ex iisdem Discalceatis (vt præfertur) eligendum, regendam, & gubernandam, in perpetuum erimus, & instituimus, ac diétam Prouinciam fratrum, & Monialium Discalceatorum sub obediëtia, & superioritate Prioris Generalis totius Ordinis prædicti, sicut aliæ Prouinciæ eiusdem Ordinis ei subsunt, & subiacent, perpetuo subesse,

atq;

## ROMANI. PONTIE. 21

- 12 atq; subiectam remanere, & subiacere volumus. \* Qui per se ipsum tantum, vel per alium virum idoneum ex ipsis fratribus Discalceatis, & iuxta eorum Primitiuam Regulam, & instituta Regularia, ab ipsis fratribus Discalceatis obseruari solita, eos vilitare, reformatre, corriger, & punire possit: in Monasterijs tamen, domibus, & locis eorundem fratrum Discalceatorum, extra quam nullatenus ipsi fratres Discalceati, vel aliquis eorum ab eodem Priore Generali quouis prætextu, vel occasione amoueri, assignari, mutari, extrahi, aut transferri, aut ad alias Prouincias mitti, aut retineri: nisi aliter in eorum Capitulo Prouinciali fuerit ordinatum. \* Ipsi vero dictæ Prouinciæ Discalceatorum fratres in præmissis perpetuo eidem Priori Generali parere, & obedire, & cum ipsum ad eorum Monasteria, domos, & loca diuertere, aut pro visitatione huiusmodi, aut aliâs accedere contigerit, cum omni humilitate, & reverentia benigne recipere, & pertractare (prout decet) teneantur, & debeant. \* Nec non priori Prouinciali eiusdem Prouinciæ fratrum Discalceatorum, ipsos fratres, & Moniales Discalceatos, illorumq; domos, Monasteria, & loca quæcunq; regendi, gubernandi, visitandi, reformati, corrighendi, puniendi, & castigandi, ac Capitulo Prouinciale suis loco, & tempore indicendi, conuocandi, congregandi, & celebrandi, & quoscunq; officiales necessarios, vna cum Capitularibus eligendi ac quæcunq; statuta, & ordinationes bonum regimen dictæ Prouinciæ (ad Dei seruitium) concernentia, in eodè Capitulo cōdendi, mutandi, alterandi, & in totū (si videbitur) abrogandi, & de novo redendi; (dūmodo sacris Canonibus, & Decretis sacri Generalis Concilij Tridentini, & Constitutionibus Apostolicis, ac eorū Primitiæ Regulæ, & institutis prædictis non aduersentur) & abusus quoq; tollendi, & emendandi: \* Monasteria item, domos, & Conuentus, tam virtorum, quæ n̄ mulierum eiusdem Prouinciæ in quib; scunq; locis, cuiusvis licentia desuper minime requisita, de consensu dicti eorum Capituli, & aliâs (seruata forma eiusdem Concilij) construi, & ædificari faciendi: \* ipsiq; Priori Prouinciali, vt postquam electus fuerit, officium suum exercere absq; alia confirmatione (quam tamen à Priore totius Ordinis Generali mox petere tencatur) plenam, & liberam facultatem conce-
- F dimus,

# PRIVILEG. GREG. XIII.

- 17 dimus, & impartimur. \* Et insuper omnibus, & singulis dictæ Prouinciæ personis vtriusq; sexus, nunc, & pro tempore existentibus, quod omnibus, & singulis priuilegijs, gratijs, & indulgentijs, exemptionibus, immunitatibus, prærogatiuis, favoribus, & indultis, tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus fratres, seu Moniales, vel sorores dicti Ordinis, de iure, vel consuetudine, aut alijs quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, decretis eiusdem Concilij, Constitutionibus Apostolicis, ac Primitiua Regulæ, & instituto prædictis, & presentibus literis non contrarijs, vti, potiri, & gaudere, libere, & licite valeant, indulgemus.
- 18 \* Ne autem instituta dictæ Prouinciæ relaxentur, fratribus, & Monialibus Discalceatis prædictis, secundum dictam Primitiua Regulam professis, ne ad suum fratum Mitigatorum, vel alium Ordinem, præterquam Carthusianorum, sine Apostasiæ nota transire possint, absq; sedis Apostolicae licentia, perpetuò prohibemus: \* Inhibentes dicto Angelo de Salazar, & Priori Generali, ac Prouincialibus, & Commissarijs, alijsq; dictorum fratum Mitigatorum Prælatis, Ministris, & Officialibus, ne eodem fratres Discalceatos, seu Moniales, aut sorores huiusmodi, super præmissis quoquomodo molestare, perturbare, vexare, seu inquietare audeant, vel præsumant. Quod si secus fecerint, eos, & eorum singulos, excommunicatio sententia innodamus. Dicti vero fratres Discalceati nullo modo parere, aut deferre teneantur: salua tamen in reliquis obedientia dicti Prioris Generalis totius Ordinis (cui eos perpetuò subiectos esse, & subiacere voluimus, vt præfertur) \* licetq; tam Priori Prouinciali dictæ Prouinciæ fratum Discalceatorum, quam alijs eiusdem Prouinciæ fratribus (de licentia tamen ipsius Prioris Prouincialis) ad sedem Apostolicam, & totius Ordinis Protectorem, liberum habere recursum. \* Et si alicui, vel aliquibus ex dictis fratribus Mitigatis sit concessa facultas visitandi, aut gubernandi, seu puniendi dictos fratres, siue Moniales Discalceatos, etiam à nobis, aut nostro, & dictæ sedis in partibus illis commoranti Nuntio, aut quocunq; alio, facultatem huiusmodi, ex nunc cassamus, reuocamus, & annullamus. \* Decernentes præsentes literas nullo vñquam tem-

pore

# ROMANI. PONTIE. 22

- pore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ defectu, etiam ex eo quod omnes interesse habentes, forsan vocati non fuerint, notari, argui, seu impugnari, aut sub quibusvis reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, etiam ab eadem sede emanatis, & in posterum emanadis comprehendendi posse: sed illas semper validas, & efficaces existere, suoq; plenarios, & integros effectos sortiri debere, \* siccq; per quoscunq; iudices, & Commissarios quavis authoritate fungentes (sublata eis, & eorum cuilibet quavis alter iudicandi, & interprætandi facultate, & autoritate) vbiq; iudicari, ac definiri debere. Nec non irritum, & inane, si secus super his à quocunq;, quavis authoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.
- 24 \* Quo circa venerabilibus fratribus Toletano, & Hispalensi Archiepiscopis, & Episcopo Palentino, ac dilecto filio, causarum Curiæ Cameræ Apostolicae generali Auditori, nec non vniuersis, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Ecclesiarum Prælatis, ac quibusvñq; in dignitate Ecclesiastica constitutis, per præsentes mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnum eorum per se, vel aliū, seu alios, præsentes literas, & in eis contenta, quæcunq; vbi, & quando opus fuerit, aut quoties pro parte fratum Discalceatorum prædictorum, de super fuerint requisiti, solenniter publicantes, illisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant authoritate nostra eos præmissis omnibus, & singulis iuxta præsentium continentiam, & tenorem pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos desuper per Priorem Generalem, aliosq; prædictos, quomodolibet indebet molestari, contradictores quos libet, ac rebelles, & præmissis non parentes, per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia (appellatione postposita) compescendo. Nec non legitimis super his habendis seruatis processibus, illos sententias, censuras, & poenas prædictas incurrisse declarando, illasq; etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis. \* Non obstantibus præmissis, ac alijs Apostolicis, nec non in Prouincialibus & Synodalibus Concilijs æditis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, ac etiam iuramento, con-

F 2

firmatio-

## PRIVILEG. GREG. XIII.

firmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & literis Apostolicis, eisdē Mitigatis, vel quibusuis alijs personis, sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cū quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq; efficatoribus, & insolitis clausulis, irritatibusq; & alijs decretis, in genere, vel in specie, etiā motu proprio, ac alijs quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorū sufficienti derogatione, de illis, eorumq; totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quāuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquista forma ad hoc seruanda foret, eorum tenores presentibus pro expressis habentes, illis alijs in suo robore perinansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunq;, aut si aliquibus, communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

\* Cæterum, quia difficile foret earundem præsentium literarum notitiam ad quascunq; personas peruenire, & vbiq; illas præsentare, eadem authoritate volumus, & decernimus, quod transumptis earundem præsentium literarum, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillatis, eadem fides vbiq; tam in iudicio, quam extra illud adhibeat, quæ præsentibus adhiberetur si foret exhibite, vel ostēs. Datū Romē apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die. XXII. Iunij. M.D.LXXX. Pontificatus nostri anno nono.

*Ca. Glorierins.*

Itera Apost. Greg. XIII. Rom. Pont. in forma Brevis sub annulo Piscatoris. Reuerē. admodum P. Præsentato F. Io. de las Cuevas, Priori Conuentus S. Genesij, Oppidi de Tala- uera,

## ROMANI PONT.

23

uera, Ordinis Prædicatorum: pro præsidendo in primo Capitulo Prouinciali fratru Dis calceatorū, Ordinis B. Mariæ de Mōte Carmeli. Anno Domini. M. D. LXXX. expeditæ.

### S V M M A R I V M L I T E R A R V M.

1. *Erectio, & separatio Prouinciae fratum Discalceatorum, à Prouinciis Mitigatorum, per literas Apostolicas nuper concessa, breuiter refertur.*
2. *R.P. F. Ioannes de las Cuevas ad instantiam Philippi. II. Hispaniarum Regis, pro literarū Apostolicarum executione, in Prouincia prædicatorum erectionem, & sciunctionē, nec non & Capitulo Prouincialis celebrationē, Commissarius Apostolicus deputatur.*
3. *Eidem indicendi, & conuocandi Capitulum, simulq; cum Prouinciali eligendo, præsidendi, suumq; in agendis consilium, & auxilium præstandi, facultas impartitur.*
4. *In initio Capitulo, mox facultas, & iurisdictio, prædicto Commissario Apostolico concessa, penitus expirat, & abolitur.*

### L I T E R A E.

DILECTO FILIO, IOANNI DELAS  
Cuevas, Monasterij Sancti Genesij Ordinis Prædicatorū,  
Oppidi de Talauera, Tolet. Dice. Priori.

Gregorius. PP. XIII.

DILECTE FILI, SALVTEM, ET APOSTOLICAM benedictionē. \* Nuper iustis de causis animum nostrum mouentibus, dilectos filios fratres Discalceatos nuncupatos, Ordinis gloriosissimæ Dei genitricis, semper Virginis Mariæ de Monte Carmelo, in Regnis Hispaniarum existentes, & Moniales dicti Ordinis Primæquam

F 3

Regu-

# LITERAE APOST.

Regulam obseruantes, eorumq; domos, Conuentus, Monasteria, & loca, à Prouincijis fratum, & Monialium eiusdem Ordinis, Regulam dicti Ordinis per fœlicis recordationis Eugenii Papam. IIII. prædecessorem nostrum mitigata in obseruantium (Mitigatorum nuncupatorum) penitus, atq; in perpetuum separauimus, ipsosq; fratres Discalceatos ab omni iurisdictione, visitatione, correctione, & superiortate Prioribus Prouincialibus, & alijs Prælatis, & superioribus Mitigatis nuncupatis, in ipsos fratres Discalceatos competentibus, exēmus, & liberauimus, nec non eorundem fratum, & Monialium Discalceatorum domos, Monasteria, & loca quæcunq;, cā tenus erecta, & instituta, ac in posterum erigenda, & instituenda, in vnam Prouinciam (Discalceatorum nuncupandam) quæ per vnum Priorem Prouinciale, in Capitulo dictæ Prouinciæ eligendum, regeretur, & gubernaretur, exēmus: prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. \* Cum autem (sicut accepimus) idem Capitulum Prouinciale quam primum celebrari, & de statu vniuerso domorum, & Monasteriorum fratum Discalceatorum dictæ Prouinciæ decerni, atq; deliberari, & in negotio electionis Prioris Prouincialis, & aliorum officialium procedi, maxime expedit. Nos salutaribus consilijs, & remedijs opportunis ad eius Prouincię, illiusq; domorum, & Monasteriorum institutionem, & regimen necessarijs, non mediocriter prodesse posse, supplicationibus charissimi in Christo Filij nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici, hac in parte inclinati, te eiusdem Capituli proximè celebrandi Præsidentem, cum authoritate, iurisdictione, & facultatibus necessarijs, & opportunis, Apostolica authoritate, tenore præsentium constitutimus, & deputamus, ad effectum, vt omni adhibito studio prouideas electiones in huiusmodi Capitulo Prouinciali de personis idoneis, iuxta formam à nobis in literis dictis præscriptam celebrari. \* Dantes tibi facultatem per præsentes, idem Capitulum Prouinciale, quamprimum congruo tempore, & in loco tibi bene viso indicendi, & eius Prouinciæ fratres, qui illi interesse debent euocandi: ac mandantes vniuersis, & singulis fratribus Discalceatis, cæterisq;, ad quos spectat, vt te in Præsidentem dicto Capitulo sine mora recipient, & admittant, tibiq; omni (qua decet) reverentia pa-

reant,

# GREGORII XIII.

24

reant, & obdiant, monitisq;, ac mandatis tuis salubribus humiliter intendant, & ad Capitulum Prouinciale, loco, & tempore per te eis statuendo conueniant, ac etiam, vt postquam facta fuerit electio Prioris Prouincialis, prædicti tu nihilominus vnā cum eodem Priore Prouinciali electo, eidem Capitulo præsideas, atq; eorundem fratum Discalceatorum Ordinatibus, reformationibus, & statutis in dicto Capitulo faciendis, & promulgandis (si qua pro eiusdem Prouinciæ fœlici directione, & moderatione, facienda esse duxerint) interesse, ac consilium, & auxilium opportunum eis præstare valeas. \* Volumus autem, vt mox, & in continent, prædicto Capitulo Prouinciali finito, seu celebrato, iurisdictione, siue facultas tibi, præsentium vigore concessa, eo ipso expiret, & penitus extinguitur, prout eam post huiusmodi Capituli celebrationē, ex nunc, prout ex tunc expirasse, & extinctam esse decernimus, & declaramus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisq; contrarijs quibuscumq;. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annullo Piscatoris, die. XX. Novembris. M. D. LXXX. Pontificatus nostri, anno nono.

# CÆ. GLORIE RIVS.

Instrumentum publicum exequutionis Privilegij Gregorij. XIII. Rom. Pont. pro separatione Prouinciæ Primituorum, à cæteris Mitigatorum Prouincijs, Anno Domini. M.D. LXXX. expediti.

# SVMMARIVM INSTRVMENTI.

- 1 Nominatium, & fratum Assistentium exprimuntur.
- 2 Literæ Apostolice exhibentur, ac publice perleguntur.

Exequo.

# INSTRUMENTVM

3 Exequitio predictarum literarum quoad Provincia separatio-  
nem, &c.

## INSTRUMENTVM.



N LA VILLA DE ALCALA de Henares, en tres dias del mes de Março de mil y quinientos y ochenta y vn años, estando en el lugar del Capitulo deste Collegio de Sant Cyrillo de la Orden de los Carmelitas Descalços, congregados \* el muy Reuerendo Padre Presentado Fray Juan de las Cuecas, Prior del Conuento de Sant Gines de Talauera, de la Orden de santo Domingo, y Comisario Apostolico de la Orden de los Carmelitas Descalços, y el muy Reuerendo Padre Fray Juan de Morales su compañero, y el Illustrissimo señor Don Luys Hurtado de Mendoça, Marques de Mondexar, y el muy Illustre señor Don Enrique de Mendoça, y el Illustre Señor Doctor Don Antonio de Torres Abbاد mayor de Alcala, y el muy Reuerendo Padre Maestro Fray Miguel Seco, Comendador de la Merced desta Villa, y Conseruador de la Vniuersidad della, y el muy Reuerendo Padre Maestro Fray Hieronymo de Almonaçir Cathedratico de sagrada scriutura en la dicha Vniuersidad de Alcala, y el Padre Fray Antonio de Iesus Prior del Conuento de nuestra Señora del Carmen de Mancera, y su Companero Fray Vicente de la Trinidad, y el P. F. Nicolas de Iesus Maria, Prior del Conuento de Sant Pedro de Pastrana, y su Companero Fray Juan de Iesus, y el P. F. Elias de S. Martin Rector deste dicho Collegio de Alcala, y su Companero Fray Pedro de la Purificacion, y el P. Fray Blas de S. Gregorio Prior del Conuento de nuestra Señora de Altomira, y su Companero Fray Simon Sthoch, y el P. F. Gregorio Nazianzeno Prior del Conuento de nuestra Señora del Socorro, y su Companero Fray Gabriel de la Assumption, y el P. F. Pedro de la Visitacion, Vicario del Conuento de Iesus Maria del Monte de la Peñuela, y su Companero Fray Pedro de Santa Maria, y el

# PUBLICVM.

25

y el padre Fray Augustin de los Reyes, Prior del Conuento de los Martyres de Granada, y su Companero Fray Angel de la Presentacion, y el padre Fray Hieronymo de la Madre de Dios, Prior del Conuento de N.S. de los Remedios de Sevilla, y su Companero el padre Fray Eliseo de los Martyres, y el padre Fray Ambrosio de S. Pedro Prior del Conuento de N. S. del Carmen de Alnodouar, y su companero, Fray Pedro de los Apostoles, y el P. F. Diego de la Trinidad Procurador del Cõuento del Monte Caluario, y su cõpanero F. Pedro de la Encarnacion, y el P. F. Iuã de la Cruz Rector del Collegio de S. Basilio de Baeza, y su companero F. Innocencio de S. Andres, y el P. F. Mariano de S. Benedicto, y el P. F. Fernando de S. Eusebio, y el P. F. Simon de S. Angelo, y el P. F. Bartholome de Iesus, y el P. F. Thomas de la Asuncion, y el P. F. Blas de Sant Alberto, y el P. F. Francisco de la Cruz, y el P. F. Francisco de S. Alberto, y el padre Fray Juan de la Madre de Dios, y el padre Fray Juan Baptista, y Fray Juan de S. Francisco, y Fray Joseph de Iesus Maria, Fray Diego de los Reyes, Fray Thomas de Aquino, Fray Diego Evangelista, Fray Leonardo del Espíritu Santo, Fray Juan de Iesus Maria, el padre F. Sebastian de la Madre de Dios, el padre F. Bartholome de S. Basilio, F. Juan de la Cruz, F. Joseph de la Encarnacion, F. Juan de Iesus, Fray Cosme dela Virgen, Fray Gregorio de la Madre de Dios, Fray Gabriel de S. Juan, F. Benito de Iesus, y la Virgen, F. Juan de Santiago F. Andres Feulano, F. Cyrillo, F. Eliseo de la Purificación, F. Juan de S. Sebastian, todos Religiosos de la Orden de los Descalços del Carmen, estando congregados à campana tañida como lo han de vso, y costumbre, en presencia de mi el Notario publico, y testigos de uso ecriptos, \* el dicho muy Reuerendo P. F. Juan de las Cuecas Comissario susodicho, dixo, y propuso a los dichos padres, estando presentes, y assitiendo los dichos señores Marques de Mondexar, Dñ Enrique de Mendoça, Abbاد mayor, Conseruador, y el Maestro Fray Hieronymo de Almonaçir, que bien sabian, y deuen a saber como nuestro muy santo Padre Gregorio XIII por virtud de vnas letras Apóstolicas expedidas por Breve, sub annulo Piscatoris, fu data en Roma a veinte, y dos de Junio, de mil y quinientos y ochenta, desmienbra, y aparta la Provincia de los Padres

G → Carme,

# INSTRUMENTVM.

Carmelitas de la primitiva obseruancia, que se llaman **Descalços** en estos Reynos de Espana, assi de frayles, como de monjas, de todas las otras Prouincias de los padres de nuestra Señora del Carmen, que se llaman Mitigados: y funda, y erige esta dicha Prouincia, en la qual se elija un Provincial de los mismos padres Descalços de la Primitua obseruancia: el qual canonicamente elegido, rija, y gouerne la dicha Prouincia. Y para hazer, y executarlo contenido en las dichas letras Apostolicas, su Santidad del dicho nuestro muy santo Padre Gregorio XIII. por virtud de otras letras Apostolicas de Breue, sub annulo Piscatoris, al dicho muy Reuerendo Padre Fray Juan de las Cuevas dirigido, su data en Roma, à veinte de Nouiembre de Mil, y quinientos, y ochenta, por las cuales su Santidad le comete, execute, y haga executar las dichas letras Apostolicas, haciendo juntar à Capitulo Provincial, y presidiendo en el, y haciendo elegir Provincial. Y al presente por virtud de la Commission de su Santidad, à su Paternidad dada, la qual se leyó en el dicho Capitulo originalmente, estando congregados todos los sobredichos Religiosos, y asistiendo los sobre dichos señores, assi mesmo se leyeron las dichas letras Apostolicas originales de la desmembracion, y separacion de la Prouincia de los padres Descalços, assi Frayles, como Monjas, de los Mitigados, que por ser largas no van aqui insertas. \* Y por virtud de la dicha Comission de su Santidad, dixo que vstando de la autoridad Apostolica à el dada, declaraua, y declarò estar desmembrada, y separada la dicha Prouincia de los Descalços, de todas las de mas Prouincias de los padres Mitigados: y (siendo necesario) apartaua, y desmembraua, y separaua, aparto, y desmèbrò, y separò la dicha Prouincia (como dicho es) de todas las otras de los dichos Mitigados. Y assi mismo declaraua, y declarò estar inhibidos los Prouinciales, y otros Comissarios, y \*relados, y otras qualesquier personas de qualesquier estados, ordenes, y calidad que sean, y desde aora para entonces, y desde entonces para aora les inhibia, è inhibò, para que aora, ni en ningun tiempo puedan conocer, ni conozcan de ningun caso tocante a los dichos Padres, y Monjas Descalços so pena de excomunion mayor, latæ sententiaz, en estos escritos, y por ellos. Y con apercibimiento, que lo contrario haciendo

# PUBLICVM.

26

ziendo procederà à las mayores censuras, y penas, conforme à las letras Apostolicas sobredichas. Y declaraua, y declarò, que los dichos padres Descalços son, y han de ser sujetos solamente al Provincial que fuere elegido en este Capitulo, y a los sucesores que adelante seran, y fueren elegidos por tales canonicamente en la dicha Prouincia, y al Reuerendissimo General de la Orden, como su Santidad lo declara por las dichas letras Apostolicas: y queriendo proceder à lo de mas, que por su Santidad por virtud del dicho Breue le es mandado, les exhortaua, y exhortò, mandaua, y mandò en virtud de santa obediencia, à todos los Padres Descalços que estauan presentes, que mañana se junten à hazer, y hagan eleccion de Provincial, como por sus vocatorias les tieue autes de aora mandado, y firmolo de su nombre, y juntamente con su Paternidad lo firmaron los dichos señores Marques, Don Enrique, Abbad, Conseruador, y el Padre Fray Hieronymo de Almonacir, que se hallaron presentes. Fray Juan de las Cuevas, Comissario Apostolico. El Marques de Mondexar. Don Enrique de Mendoça. El Doctor Torres Abbad de Alcala. Fray Hieronymo de Almonacir. El Doctor Puente, Iuez de Vicario General. F Miguel Seco.

E yo Alonso de la Serna Notario publico, por la autoridad Apostolica, y Secretario de la insigae Vniuersidad, è Estudio general de la Villa de Alcala de Henares, que a todo lo sobre dicho en vino con los dichos Padre Comissario, y Marques, y asistentes, que en el registro firmaron sus nombres, a los quales doy fe, que conozco, con los dichos Padres Descalços, y Capitulo, presente fu y: por ende este publico instrumento de mano agena fielmente hize escriuir, y de mi signo, y nombre acostumbrados, signe, è subscriui en testimonio de verdad.

Alonso de la Serna,  
Notario.

G a P R I.

## PRIVILEG. SIXTI. V.

Priuilegium Sixti. V. Rom. Pontif. pro ini-  
mediatè præcedentis Priuilegij Grego-  
rij. XIII. Confirmatione, ac quarundam alia-  
rum rerum noua concessione, ad instantiam  
Philippi. II. Hispaniarum Regis, & fratum  
Discalceatorum, Crdinis Beatæ Mariæ de  
Monte Carmeli. Anno Domini. M.D.Lxxxvj.  
expeditum.

### SVMMARIUM PRIVILEGI.

- 1 Referuntur omnia contenta, & concessa in Privilegio Gre-  
gorij. XIII. Rom. Pontif. pro creatione, & separatiene  
Provinciæ frarum Primituorur, ad instantiam Philippi. II.  
Hispaniarum Regis, & eorundem frarum die. xxij. Inny.  
Anno. M. D. LXXX, expedito.
- 2 Summus Pont. prædicti Philippi Regis, & fratum Discalce-  
torum precibus inclinatus, approbat, & confirmat predictum  
Gregorij. XIII. Privilegium, & omnia in ipso contenta: ea-  
demq; denuò indulget, & concedit.
- 3 Conceditur prædictis fratribus, ut possint recitare diuinum of-  
ficium, iuxta formam Breviarij Romani, ex Decreto sacro  
sancti Concilij Tridentini reformati, & Py. V. Pontificis  
iussu editi.
- 4 Quod Procuratorem ex ipsis fratribus Discalceatis, ad Provin-  
ciæ negotia pertractanda, in Curia Romana perpetuo habere  
liceat.
- 5 Conservatores iudices harum literarum designantur.
- 6 Roboratur præsens Privilegium Confirmationis, & omnia ei-  
dem contraria suspendantur, & derogantur.

P.R.I.

## RÖMANI PONT.

27

### PRIVILEGIUM.

## Sixtus. PP. V.



D PERPETVAM REI Me-  
moriam. Quæ à prædecessoribus nos-  
tris, pro perséclarum, maximè religio-  
farum bono regimine, & mutua quie-  
te, ac concordia inter eas conseruan-  
da, salubriter ordinata sunt, ea vt fir-  
miora persistant, libenter (cum à no-  
bis petitur) nostram interponimus  
authoritatem. \* Aliás siquidem post  
confirmationem Regulæ frarum Eremitarum Ordinis Beatæ  
Mariæ de Monte Carmelo, quæ de mandato felicis recorda-  
tionis Iunocetij Papæ. IIII. nostri prædecessoris, à bonæ me-  
moriz Hugone tituli sanctæ Sabinae præbytero Cardinali, &  
Guillielmo Episcopo Antheradensi correcta, & declarata, ac  
deinde iuxta correctionem, & declarationem huiusmodi, ab  
codem Innocentio prædecessore comprobata fuisse asseritur:  
Piz memoriz Eugenius Papa. IIII. etiam prædecessor noster  
rigorem illius mitigans, & Regulam ipsam moderans, ordi-  
nasse, & concessisse inter alia dicitur, quod eiusdem Ordinis  
professores, tribus dumtaxat diebus singularum hæbdoma-  
darum, etiam quibus iejunare iuxta eandem Regulam es-  
sent astrikti, (præterquam in Adventu, Quadragesima, &  
alijs generaliter prohibitis diebus) carnibus vesci, & horis con-  
gruis in eorum Ecclesijs manere, ac per claustra, & eorum  
ambitus de ambulare, liberè, & licite valerent. Decernens  
eosdem fratres circa præmissa, ad arctiorem obseruantiam,  
quam superius præmittitur occasione professionis in dicto Or-  
dine emissæ, vel in posterum emittendæ, minimè teneri, &  
aliás, prout latius inditorum prædecessorum literis, dicitur  
contineri. Ac demum cum recentioris memoriz Gregorio.  
PP. XIII. similiter prædecessori nostro expositū fuisse, quod  
de anno Domini. M. D. LXV. seu alio veriori tempore, non-

G. 3 nulli

## PRIVILEG. SIXTI. V.

nulli professores dicti Ordinis cum licentia sui Prioris Generalis, tunc in partibus Hispaniarum existentis, aliquot fratum & Monialium eiusdem Ordinis Monasteria, in quibus Primitiuam Regula præfata cum omni obseruantia, & rigore retinetur, in Hispaniarum Regnis (sub obedientia tamen Provincialis) fundare, & ædificare cœperant, quodq; Regulam, & obseruantiam huiusmodi, tām fundatores præfati, quam alij, qui ex Mitigatis pro tempore, admittebantur, renuntiando mitigatione, & relaxatione dicti Eugenij predecessoris, transacto probationis anno, denuo (ac etiam alij de seculo venientes) profitebantur, ac numerus Religiosorum, qui Discalceati nuncupantur, Primitiuam huiusmodi Regulam profitentium, & obseruantium, magnopere (vti tunc expressum fuit) excreuerat, quodq; ijdem Religiosi Discalceati, vtrā contenta in dicta Regula, de licencia ipsius Prioris Generalis, & cuiusdam Vicarij per eū in Prouincia Castellz deputati, & cū approbatione visitatorū Apostolicorū dictæ Religionis, quædā alia instituta ad carnis mortificationem, & populi ædificationem ab initio suæ institutionis obseruare incepérat, veluti Discalceatos incedere, indui sacco, dormire super tabulis, ad subleuādam suam in opia manibus proprijs operari, inultum se in oratione exercere, diuinumq; officium sine cantu, & sīac modulatione recitare. Idem Gregorius predecessor charissimi in Christo filij nostri (tunc sui) Philippi Hispaniarum Regis Catholici, cui, ac etiam eorundem fratum Discalceatorum præcibus annuens, de confilio venerabilium fratum nostrorum (tunc suorum) S. R. E. Cardinalium, super visitatione Apostolica, cōsultatione Episcoporum, ac Regularium reformatione deputatorum (de quorum numero nos quoq; in minoribus constituti, & Cardinalatus honore fungentes, tunc eramus) institutum huiusmodi, quod iuxta Primitiuam Regulam præfatam ipsi fratres profitebantur, laudando, & approbando: dictos fratres, & Moniales Primitiuam huiusmodi Regulam in Regnis Hispaniarum obseruantes, (Discalceatos nuncupatos) eorumq; domos, Conuentus, Monasteria, & loca, tunc, & pro tempore existentia, à Prouincijs fratum, & Monialium eiusdem Ordinis Beatae Mariæ de Monte Carmelo, Regulam per dictum Eugenium predecessorum mitigatam tunc, & pro tempore obseruan-

tium

## ROMANI PONT.

28

tiū (qui Mitigati nūcupantur) penitus, & emnino, in perpetuum, authoritate Apostolica se iunxit, separauit, ac dismembravit, ipsosq; Discalceatos, ab omni, & quacunq; iurisdictione, visitatione, correctione, & superioritate, quę Prioribus Provincialibus, ceterisq; Prælatis, & Superioribus mitigatis, in ipsos Discalceatos competebat, perpetuò exemit, & liberauit, ac eorundem fratum, & Monialium Discalceatorum domos, Monasteria, & loca quæcunq; eā tenūs erecta, & instituta, & ex tunc in futurum erigenda, & instituenda, in vnam Prouinciam de perse, Discalceatorum nuncupandam, per vnum Priorrem Prouincialem, qui in Capitulo ipsius Prouinciaz, ex eisdem Discalceatis (vt præfertur) eligi deberet, regendam, & gubernandam, in perpetuum erexit, & instituit, ac ipsam Prouinciam fratrum, & Monialium Discalceatorum sub obedientia, & superioritate Prioris Generalis totius Ordinis, ad instar aliarum Prouinciarum eiusdem Ordinis perpetuò subiectam remanere, subesse, & subiacere voluit. Qui Prior Generalis, perse ipsum tantum, vel per alium virum idoneum, ex ipsis Discalceatis, & iuxta eorum Primitiuam Regulam, ac regularia instituta ab ipsis Discalceatis obseruari solita, eos visitare, reformatre, corrigere, & punire possit: in Monasterijs tamen, domibus, & locis ipsorum fratum Discalceatorū, extra quæ nullatenus ipsi Discalceati, vel aliquis eorum, ab eodem Priore Generali, quoquis prætextu, vel occasione amoueri, assignari, mutari, extrahi, seu transferri, aut ad alias Prouincias mitti, aut retineri possent, nisi aliter in eorum Capitulo Prouinciali fuisset ordinatum: ipsi vero dictæ Prouinciaz Discalceatorum fratres, in præmissis perpetuò eidem Priori Generali parere, & obedire, & cum ipsum ad eorum Monasteria, domos, & loca diuertere, aut pro visitatione huiusmodi, vel aliās accedere contigisset, cum omni humilitate, & reverentia, benignè recipere, & per tractare tenerentur, & deberent: Priori vero Prouinciali eiusdem Prouinciaz fratum Discalceatorum, ipsos fratres, & Moniales Discalceatos, illorumq; domos, Monasteria, & loca quæcunq; regendi, gubernandi, visitandi, reformandi, corrigendi, puniendi, & castigandi, ac Capitulum Prouinciale suis loco, & tempore indicendi, conuocandi, congregandi, & celebrandi, quoscunq; officiales necessarios, vna cum Capitularibus eli-

gendi,

## PRIVILEG. SIXTI. V.

gendi, ac quæcunq; statutz, & Ordinationes pro bono regimine ipsius Prouinciae, & Dei seruitio in eodem Capitulo condendi, mutandi, alterandi, ac in totum ( si videbitur) abrogandi, & etiam de novo ædendi, dummodo sacris Canonibus, & Concilij Tridentini Decretis, ac Constitutionibus Apostolicis, eorumq; Primitiæ Regulæ, & institutis præfatis non aduersarentur, & abusus quoquecunq; tollendi, & emendandi, Monasteria item, domos, & Conuentus tam virorum, quam mulierum eiusdem Prouinciae, in quibusq; locis, cuiusvis licentia desuper non requisita, de consensu dicti eorum Capituli, & alias seruata forma eiusdem Concilij, construi, & ædificari faciendi, ipsiq; Priori Prouinciali postquam electus fuisset, officium suum exercendi, absq; alia confirmatione, (quam tamen à Priori Generali totius Ordinis mox petere teneretur) plenam, & liberam facultatem concessit: ac prohibuit perpetuò, ne fratres, & Moniales Discalceati ad suum fratum Mitigatorum, vel alium Ordinem, præterquam Carthusianorum, sine apostolicae notæ transire possent, nisi sedis Apostolicæ licentia obtenta, atq; inhibendo sub pena excommunicationis Priori Generali, Prouincialibus, & Commissariis, alijsq; Prelatis, ministris, aut officialibus, nè eisdem fratres, vel Moniales Discalceatos super præmissis quoquomodo molestarent: ipsis etiam Discalceatis indulxit, ne eis ullo modo parere, aut deserre teneantur, salua tamen in reliquis obedientia Prioris Generalis totius Ordinis, cui eos perpetuò subiectos esse, & subiacere voluit: aliaq; nonnulla eisdem Discalceatis sub certis modo, & forma tunc expressis concessit, & indulxit, cum de sic iudicando, & irritanti, alijsq; Decretis, & clausulis preservatiuis, & derogationibus adiectis, certis etiam iudicibus, siue etiam exequitoribus deputatis: prout in literis Gregorij prædecessoris huiusmodi, sub data die. xxiiij. Junij, Anni Dñi. M. D. LXXX. in forma Brevis expediti, latius continetur. Ad quarum literarum exequitionem cum ( sicut ijdem fratres Discalceati nobis exponi fecerunt) iam processum fuerit, & vsus ipse doceat indies magis (iuâte Domino) ex illarum dispositione plura nomina ad honorem Diuini nominis, & eiusdem Prouinciae, atq; adeò totius Ordinis salubrem directionem, statumq; pacificum, & tranquillum redundare: propterea nobis sicut humili-

litez

## ROMANI PONT.

29

liter supplicatum, vt hæc ipsa, pro eorum subsistentia validiori, de novo authoritate Apostolica roborare, de benignitate Apostolica dignaremur.

<sup>2</sup> \* Nos igitur dicti Philippi Regis, ac eorum Discalceatorum supplicationibus inclinati, dictas Gregorij prædecessoris literas, ( quærum tenorem præsentibus haberi volumus pro expresso) tam quoad præmisla, quam reliqua in eis contenta, ac processu habitos per easdem, & inde sequuta omnia, & quæcunq; authoritate Apostolica perpetuò approbamus, & confirmamus, illisq; perpetuæ, inuiolabilis, & inconcussæ firmatatis, & approbationis Apostolicæ robur adjicimus, eaq; vniuersa, & singula pra sentis scripti patrocinio communimus, ac omnes, & quoquecunq; iuris, & facti, vel solennitatum, aut alios defectus, etiam sustantiales ( si qui interuenerint in eisdem) supplemus, eaq; de novo per præstantes, alias tamen iuxta formam, & tenorem præsatarum Gregorij prædecessoris literarum, concedimus, indulgimus, statuimus, & ordinamus, ac per eos, ad quos spectat, firmiter, & inuiolatè obsernari in omnibus, & per omnia præcipimus, & mandamus. Decernentes ex nunc, irritum, & inane, si fecus super his, à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter attentatum forsan est inactenus, vel in posterum contigerit attentari.

<sup>3</sup> \* Ac in super eorundem Discalceatorum precibüs in hoc quoq; annuentes, vniuersis, & singulis fratribus, ac Monialibus Discalceatis præfatis, tam protelis, & in sacris etiam Præbysteratus Ordinibus constitutis, quā alijs quibusq; vt in eoru Ecclesijs, dominis, Monasterijs, & locis. tā in Choro, quā extra Choru horas Canonicas Diurnas, & Nocturnas, secundum ritum, & morem Romanæ Ecclesiæ, iuxta formulā Breuiatij Romani nouissimè ex Decreto dicti Tridentini Concilij reformati, & piz memoria Pij. PP. V. & predecessoris nostri iussu adiit, publicè, & in simili, ac etiam priuatim, & sigillatim dicere, & recitare, liberè, & liceè valeant, ita vt amplius ad dicendas horas Canonicas secundum ritum, & morem dicti Ordinis Beatae Mariæ de Monte Carmelo, minimè teneantur, & nihilominus præcepto, & obligationi satisficiat.

<sup>4</sup> \* Quidq; eisdem Discalceatis in Romana Curia Procuratore suæ Prouinciae Discalceatorum, ad tractanda eiusdem Prouin-

H 2 cia ne-

## PRIVILEG. SIXTI. V.

ciz negotia, ex numero ipsorum Discalceatorum destinare, & perpetuo habere licet, authoritate prefata, de speciali gratia concedimus, & indulgemus.

- \* Quo circuiter venerabilibus fratribus Toletan. & Hispanen. Archiepiscopis, & Episcopo Palentino, ac dilecto filio causarum Curiae Cameræ Apostolicæ Auditori generali, ac vniuersis, ac singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Ecclesiastarum Prælatis, nec non quibuscumq; in dignitate Ecclesiastica constitutis, per Apostolica scripta mandamus, ut ipsi, vel plures, aut duo, vel unus eorum, per se, vel aliu, seu alios, presentes ac prefatas Gregorij prædecessoris huiusmodi literas, & in eis contenta quæcumq; vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Discalceatorum, vel alioru quorum intererit, fuerint requisiiti, solemniter publicantes, eisdemq; Discalceatis in præmissis etiaca definitionis præsidio assidentes, faciant præmissa omnia, & singula iuxta præsentium, ac prefatarum Gregorij prædecessoris literarum tenorem, per eos, quos illa concernunt, & concernent quomodolibet in futurum, debitæ exequationi demandari, & ad vaguen perpetuo, & firmiter obseruare: non permittentes quemcumq; de super quoquomodo indebitè molestari, perturbari, aut inquietari: contradicentes, ac inobedientes, eisq; auxilium, consilium, vel fauorem, directe, seu indirecte, vel alias præstantes, cuiuscumq; status, gradus, Ordinis vel conditionis fuerint, per censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia, (appellatione postposita) compescendo, legitimisq; super his habendis seruatis processibus, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. \*
- Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, ac in Concilijs etiam generalibus editis, dictisq; Ordinis, ac illius Provinciarum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & literis Apostolicis eisdem Mitigatis, vel Discalceatis, aut vniuerso Ordini, vel prefatis, aut alijs illorum Superioribus, ceterisq; personis quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, specialiter, & expresse derogamus, atq; omniibus ijs, quæ in dictis Gregorij contra-

## ROMANI PONT.

30

prædecessoris, literis concessa fuerint non obstat, ceterisq; contrarijs quibuscumq; Datum Romæ apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris, die. xx. Septembri, M.D.LXXXVI. Pontificatus nostri anno secundo.

*Tho.Thom.Gualterius.*

Priulegium Sixti. V. Rom. Pontif. ad instantiam fratrum Discalceatorum Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmeli, pro celebratione festiuitatum specialium predicti Ordinis. Anno Domini. M. D. LXXXVII. expeditum.

## SUMMARIUM PRIVILEGI.

- 1. Facultas recitandi diuinum Officium secundum ritum, & usum Breuiarij Romani, ex Decreto sacrosancti Concilij Tridentini reformati, & Pg. V. Rom. Pontif. iussu editi, fratribus Discalceatis in Privilegio immediate precedenti, ab eodem Sexto. V. nuper concessa, reconseretur.
- 2. Quasdam Speciales festiuitates in honorem B. Mariae, & aliorum sanctorum, posse celebrare prædictis fratribus indulgetur. Seruata tamen forma in horis Canonici recitandis, ac etiam in celebratione Missarum, quæ in libello dictarum festiuitatum, per quosdam (eorum ibi expressis nominibus) Cardinales correcto, & approbato, continetur.

*H. a. P.R.L.*

# PRIVILEG. SIXTI. V.

## PRIVILEGIUM.

### DILECTIS FILIIS PROFES-

foribus Ordinis Beatæ MARIAE de Monte Carmelo Prouinciaz, seu Congregationis Regularis obseruantiaz Discalceatorum  
nuncupatæ.

### Sixtus. PP. V.



DILECTIFILII, SALVTEM, ET  
Apostolicam benedictionem. Eximiū  
quod in vobis elucet pietatis stu-  
dium, & præcipua obseruancia Regu-  
laris cœdisciplinæ, qua vestram Congre-  
gationem ad Dei gloriam, comiu-  
nemq; Christiani populi vtilitatem in  
dies magis florere intelligimus, nos  
inducunt, vt cum multa ad eandem  
Congregationem fœliciter regrediam, nuper à nobis statuta  
fuerint, nunc quoq; in honorem sanctorum, quos ipsa Congregatio (quasi in eorum cœtelam recepta) iam pridem singu-  
lari quadam veneratione colit, pijs vestris petitionibus liben-  
ter annuamus. \* Dudum siquidem per alias nostras literas cō-  
cessimus inter cætera, & indulsumus vobis, atq; vniuersis, &  
singulis personis vtriusq; sexus vestre Prouincie, vt horas Ca-  
nonicas, Diurnas, & Nocturnas, secundum usum, & ritum Romanæ Ecclesiæ, & Breuiarij Romani, ex Decreto Concilij Tridentini reformati, & fœl. record. Pij Papæ. V. prædecesso-  
ris nostri iussu nouissimè æditi, tam communiter, quam diu-  
si: etiam in singulis vestris Oratorijs, Monasterijs, & domi-  
bus, dicere, & recitare, licite possitis. Et nihilomin⁹ præcepto,  
atq; obligationi plenè satisfactum per vos foret, neq; ulterius  
ad se-

## ROMANI PONT.

31

ad sequendum in huiusmodi officijs morem vestri Ordinis te-  
neremini: prout in eisdem literis latius continetur. Quo qui-  
dem nostro iudicto vtentes, iam, (sicut nobis exponi curastis)  
eiusdem Romanæ Ecclesiæ, ritum in diuinis officijs seruatis:  
Sed quia vetus iam diu viget in vestro Ordine laudabilis con-  
suetudo, dies festos in honorem Beatæ Mariæ, & quorundam  
Sanctorum solemniter celebrandi: ideo nobis humiliter suppli-  
care fecistis, vt religiosum istud institutum, authoritate Aposto-  
lica comprobare dignaremur. \* Nos itaq; vestris supplica-  
tionibus inclinati, vobis, atq; adeò vniuersis, & singulis fratri-  
bus, ac Monialibus vestre Congregationis, pro tempore exis-  
tentibus in quibusuis deinibus, Monasterijs, Collegijs, & locis  
dictæ Congregationis, tam publicè, quam priuatim, commu-  
niter, vel diuiniū, officium prædictorum fœtorum vbiq; reci-  
tare, & sic recitādo obligationi satisfacere, liberè, & licite pos-  
sit: dummodo tam in Missa, quam in recitandis horis Cano-  
nicis Diurnis, ac Nocturnis, modum, ac formam descriptam in  
quinterno, seu libello, per dilectos filios nostros, Antonium,  
Sanctorum Ioannis, & Pauli, Carraffam, & Vincentium, sanctæ  
Mariæ in via titulorum, præsbyteros Cardinales montis Re-  
galis nuncupatos, de mādato nostro, reuiso, correeto, & appro-  
bato, in hoc obseruetis, & nihil penitus addatis, aut diminua-  
tis, plenam, & liberam licentiam, & facultatem, authoritate  
Apostolica, tenore presentium concedimus, & indulgemus.  
Non obstantibus dicti Pij prædecessoris super reformatione,  
& approbatione novi Missalis, & Breuiarij Romani, ac præ-  
dictis nostris literis, nec non alijs Constitutionibus, & ordi-  
nationibus Apostolicis, vestriq; Ordinis, iuramento confir-  
matione Apostolica, vel quoquis firmitate alia roboratis, statutis,  
& consuetudinibus, quodq; huiusmodi dies festi in nouis-  
simo Kalendario Romano descripti non sunt, cæterisq; contra-  
rijs quibuscumq;. Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub an-  
nulo Piscatoris die. xxvij. Iunij. M. D. LXXXVII. Pon-  
tificatus nostri anno tertio.

*Tho. Thom. Gualterutius.*

H 3 Priui-

## PRIVILEG. SIXTI. V.

**P**RIVILEGII Sixti. V. Rom. Pontif. motu proprio fratribus Discalceatis Ordinis B. Marix de Monte Carmeli concessum. Anno Domini M.D.LXXXVII. expeditum.

### SUMMARIUM PRIVILEGI.

- 1 Alique pie, & iuste cause, quibus Pontificis animus ad huiusmodi Privilegium motu proprio concedendum est commotus, enumerantur.
- 2 Summus Po. t. motu proprio statuit, & decernit, ne fratres Discalceati aliquem ex Mitigatis, vel alterius Ordinis, aut secularis, præter, & contra formam in statutis dictæ eorum Congregationis descriptam, ad habitum in iusti recipere teneantur.
- 3 Non licet Religionis habitum, huiusmodi forma non seruata, cuiquam conferre, nec ad id prædicti fratres quarumvis Apostolicarum literarum pretextu, &c. compelli possunt.
- 4 Inhibetur, ne quis ex fratribus Discalceatis, ab ipsorum Congregatione, absq; Summi Pontificis expressa licentia, caterisq; alijs seruatis requisitis exire, aut se subtrahere quomodolibet posse: si ecce vero facientes Apostasie, & perpetuae infamie note libiciuntur.
- 5 Prælati, qui præfate Congregationis habitum forma supra dicta non seruata alicui contulerint, & omnes, qui prædictum habuum, v. l. ei consimilem, extra præfatam Congregationem, & eiusdem Superiorum obediencia, & cura degentes, gestaverint, peccatum excommunicacionis latæ sententie, (a qua per nullum aliam, quam per summum Pontificem, vel Priorum Provincialium, aut in articulo mortis absolvi possint) adstringuntur.
- 6 Conceditur facultas Priori Provinciali, & Superioribus dictæ Congregationis, ac etiam quorumvis locorum Ordinariis, quā possint a prædictis, habitum Religionis abstrahere, & tam ipsos, quām omnes a præfata Congregatione trans fugas, Apostatas, &c. incarcerare, & excommunicatos declarare, &c.
- 7 Quod possint prædicti Discalceati fratres super premissis, brachij secularis auxilium inuocare, & quicunq; iustitie Ministri, ab ipsis requisiuti fuerint, statim eis auxilium præstare teneantur.
- 8 Quod fratres, qui nefandum, vel aliud carnis peccatum cum infamia,

scm

## ROMANI PONT.

32

seu scandalo perpetraverint, ac etiam proprietarios (premissa monitione) Prior Provincialis predictæ Congregationis, pro arbitrio punire ac castigare, licite valeat.

- 9 Facultas olim per Clementem. VII. & Pium. V. Romanos Pontif. Priori Generali totius Ordinis concessa, præfato Discalceatorum Provinciali contra prædictos publicos delinquentes, elargitur. Nec non & denuo, ut (si delicta id exposcant) granioribus etiam illos poenit punit posset, eidem indulgetur.
- 10 Omnis applicatio, & (a la)is super premissis per predictum Provinciali sententjs ad alios quousvis iudices recursus interdicitur.
- 11 Prædictos Discalceatos fratres, ad eos, quos semel elegerint, iterum recipiendos minimè teneri declaratur.
- 12 Confirmatur authoritas harum literarum, & nullo unquam tempore sub illis revocationibus, derogationibus, &c. contineri, sed semper ab ijs exemptas esse decernitur.
- 13 Aliter iudicandi, declarandi, interpretandi, &c. prorsus facultas tollitur.
- 14 Huius Privilegij conservatores indices, Prelati omnes Ecclesiastici designantur.
- 15 Transumptis harum literarum, alicuius publici Notarii manu subscribitis, & predictæ Congregationis sigillo munitis, eadem omnino fides, que originalibus prestaretur, in iudicio, & extra adhibeatur.

### PRIVILEGIUM.

## Sixtus. PP. V.



D PERPETVAM REI MEMORIAM. Decet Romanum Pontificem æqui, boniq; supremum assertorem, ad ea ex pastoralis officij debito libenter intendere, per quæ sacrarum Religio- num status salubriter dirigatur, ac in sua integritate, & puritate conseruetur, personæq; sub earum iugo optimis disciplinis addictæ, in suorum ins- titutio-

## PRIVILEG. SIXTI. V.

titationum obseruatione persistant: ab illis verò descendentēs,  
1. opportuna animaduersione adhibita, valeant coerceri. \* Cum  
itaq; (sicut accepimus) fratres Congregationis Discalceatorum  
Ordinis glorioſæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo, ſtri-  
tiorem, & aucteriores, quam alij fratres Mitigati nuncupati  
dicti Ordinis viuendi rationem introduxerint, ac Regulam, &  
obſeruantiam priui eiusdem Ordinis initituti ſequantur, literarumq; ſtudijs, & verbi Dei prædicationibus, nec non diuer-  
ſis alijs ſpiritualibus, & fructuofis ministerijs, etiam ad remo-  
tissimas Indiarum partes, vbi ſalvandarum ſua opera anima-  
rum copioſior prouentus ſperatur, frequenter tranſeundo,  
aſſiduè incubant, & plerumq; contingat, vt aliqui ex Mit-  
igatis prædictis, iuxta Regulas, & inſtituta Congregationis hu-  
iujusmodi minus idonei, nec approbati, ad ipſos fratres Discal-  
ceatos, & vice versa complures eorundem fratrum Discalceato-  
rum, quadam animi leuitate duci, ac quietem labori, (cui ob-  
melioris vitæ frugem, & pro excolenda, & propaganda Chris-  
tiana Republica iuxta ſuam vocationem continuo expositi  
effe debent), ad Mitigatos, & alijs aliorum Ordinum fratres  
huiujenodi ſe trāſferre, & ibidem recipi facete, ac defuper li-  
centias, ac facultates à ſede Apoſtolica, & ſeu illius Legatis,  
ſub ſucatis coloribus obtinere procerent: Nonnulli quoq; ex  
dictis fratribus Discalceatis habitum per eos geſtari ſolitum,  
non feruata forma in regulis, & ſtatutis prædictis præscripta  
conferre: et multi pro Eremits te gerentes, tum etiam alte-  
rius professionis Religioſi, vt eis copioſius ſucurratur, vel  
alijs, habitum præfatum propria authoritate affumere, & in-  
terdum ſcandala habitu, quem præ ſe ferunt indigna, commit-  
tere præſumant, non ſine graui animarum ſuarum detimento,  
2. dictaq; Congregationis præiudicio, & opprobrio. \* Nos his,  
alijsq; incommodis, quibus Congregatio ipſa ex inde affici  
confuerit, prouisionis noſtræ ministerio occurrere cupientes,  
& de præmisis per venerabiles fratres noſtrós S.R.E. Cardi-  
nales, ſuper Regularium reformatione, & viſitatione deputa-  
tos, quibus hoc negotium cognoscendum, & cognitum nobis  
referendum commiſſimus, plenè informati. Motu proprio,  
non ad fratum Discalceatorum præfatorum, aut aliorū pro  
eis nobis de ſuper oblatæ petitionis instantiam, ſed ex certa  
ſcien-

## ROMANI PONT.

33

ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ potestatis plenitudine, hac  
perpetuò valitura Conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus:  
Quod fratres Discalceati præfati, eorumq; Superiores, nemini  
nein ex dictis Mitigatis, vel cuiusuis alterius Ordinis, ſeu Re-  
ligionis professoribus, nec etiam vllum ſecularem, cuiuscunq;  
gradus, & conditionis fuerit, præter, & contra formam in re-  
gulis, & ſtatutis dictæ Congregationis præscriptam, recipere,  
3. & admittere teneantur: \* nec habitum præfatum, forma hu-  
iujusmodi non feruata, cuiquam conſerre, & exhibere vllatenus  
poſſint, nec ad id inuiti, & prætextu quarumuis licentiarum,  
facultatum, diſpensationum, & aliarum gratiarum, à dicta Sede  
& ſeu illius Nuncijs, vel Legatis, etiam de latere, vel quibusuis  
alijs, quaçunq; authoritate fungentibus, quomodolibet obten-  
tarum, & processuum deſuper formatorum etiam quascunq;  
ſententias, censuras, & poenias in ſe continētium, cogi, aut com-  
pelli poſſint. \* Sed nec vllus omnino ipſorum fratrum Discal-  
ceatorum, abſq; ſpeciali pro tempore exiſtentis Romani Pon-  
tificis licentia, de præſentibus, eorumq; data expreſſam, in-  
diuiduam, & de verbo ad verbum mentionem faciente, ac ex  
legitima, & urgente cauſa, priuus à prædictis Cardinalibus pro  
tempore deputatis, diligenter examinata, & approbata, ad dictos  
fratres Mitigatos, ſeu quemcunq; alium Ordinem, etiam  
paris Regulæ, & obſeruantiaz (Carthuſiensium dumtaxat ex-  
cepto) tranſire, ſeu ad ſeculum redire, vel alijs ab ipſa Con-  
gregatione ſe subtrahere, aut eam exire valcant: & ſi eorum  
quiſpiam ſecūs fecerit, apostasiaz, & perpetuæ infamiaz no-  
tari, \* nec non tam ipſi Superioribus, & fratres dictæ Con-  
gregationis, qui habitum fratrum Discalceatorum huiujusmodi,  
quibusuis personis, non feruata forma prædicta contulerint,  
nec non Eremitz, & cæteri omnes, ſive ſeculares, ſive alte-  
rius Ordinis fratres, ac etiam huius, qui extra Congregatio-  
nem prædictam, illiusq; Superiorum curam, & obedientiam  
degentes, ſcapulario, & cuculla, etiam ſine pallio (quo ipſi fra-  
tres Discalceati itinerantes ſep̄e non utuntur) mere eorundem  
fratrum Discalceatorum vti, aut alijs eorum habitum, vel illi  
ita cōſimilēm, vt propter eum frater eiusdem Congregationis  
credi poſſit, deferre, & gestare præſumpſerint, ac etiam illi ex  
dictis,

dictis fratribus Discalceatis, qui licentiam ad alium Ordinem  
transeundi, à Sede prædicta, (vt præfertur) obtinuerint, & ea  
vti voluerint, nisi infra quindecim dies ex tunc inmediate se-  
quentes, habitum, seu saltim pallium, & scapulare huiusmodi  
realiter dimiserint, excommunicationis latè sententiæ pœnam  
eò ipso incurant, à qua per alium, quam Romanum Pontificē,  
vel dictę Congregationis Priorem Prouincialem, pro tempore  
existentem, vel ab eo deputatum, excepto mortis articulo, si  
eos in illo decidere contingat, absolvi nequeant: & quæuis li-  
centia desuper etiam à dicta Sede aliâs, quam vt præfertur ob-  
tenta, nulli, & subreptitia censeatur, nec cuiquam vllatenus  
suffragetur. \* Et nihilominus Prior Provincialis & alijs Supe-  
riores dictæ Congregationis, nec non locorum Ordinarij, ac  
Ecclesiarum Prælati, & Rectores, eorumq; Vicarij, & Officia-  
les, perse, vel alium, seu alios, habitum, & seu pallium, ac sca-  
pulare huiusmodi, ab eis detrahere, & tam ipsos, quam omnes,  
& singulos dictæ Congregationis apostatas, & trans fugas, ac  
etiam eos, qui absq; speciali licentia Romani Pontificis, modo,  
& forma præmissis obtinenda, ab ipsa Congregatione defe-  
cerint, in quo cunq; habitu reperiantur, excommunicatos de-  
clarare, & incarcerare, ac in illos seuerè animaduertere, \* auxi-  
liūq; brachij sacerularis (si opus fuerit) inuocare, liberè, & licite  
polsint. Et quicunq; ciuitatum, vel locorum Gubernatores,  
Rectores, Magistratus, eorumq; loca tenentes, exequutores, &  
iustitiæ Ministri statim, & absq; alicuius iudicis ministerio, eis  
(si desuper ab ipsis fratribus Discalceatis fuerint requisiti) in  
præmissis assistere, & auxilium præstare debeant, & teneātur.  
\* Insuper pro tempore existenti Priori Provinciali Congre-  
gationis huiusmodi, perse, vel alium, seu alios, omnes, & sin-  
gulos dictæ Congregationis fratres, qui nefandum, crimen  
cum infamia, aut aliud carnis peccatum cum notabili, &  
publico sacerularium scandalo perpetrauerint; ac desuper confessi,  
seu conuicti fuerint, nec non proprietarios, monitione prævia,  
pœniis arbitrio suo infligendis, ac imponendis, afficiendi, ac  
puniendi: \* ac contra ipsos iuxta facultates pro tempore exis-  
tent Priori Generali dicti Ordinis Beatæ Mariæ de Monte  
Carmelo pér foelic. recordat. Clementem. V I I. & Pium. V.  
prædecessores nostros concessas, & literas desuper confectas,  
quas

quas (illarum tenores præsentibus pro expressis habentes) ad  
pro tempore existentem Priorem Prouincialem Congrega-  
tionis huiusmodi, harum serie extendimus, etiam summarie,  
sine strepitu, & figura iudicij procedendi, ac in illis contenta  
quæcunq; faciendi, & exequendi: nec non (si ipsorum fratum  
Discalceatorum demerita, & delicta id exposcant) eos qui-  
busuis grauieribus eidem Priori Prouinciali benè visis pœnis  
puniendi, & inulestadi, plenam liberam, & omnimodam potes-  
tatem, facultatem, & autoritatem elargimur. \* Decernentes  
ab ipsis Prioris Provincialis pro tempore existentis senten-  
tijs contra sic confessos, seu conuictos ferendis, nullatenus ap-  
pellari, & recursum ad quosquis alios haberi posse: \* ipsosq;  
fratres Discalceatos, ad temel electos, seu emissos, in quibus  
electi fuerint. I. alijs dictæ Congregationis domibus postea re-  
cipiendum, minimè teneri \* præsentesq; literas nullo yñquam  
tempore, sub vllis similium, vel dissimilium gratiarum reuoca-  
tionibus, alterationibus, limitationibus, derogationibus, aut  
alijs contrarijs dispositionibus, à nobis, & quibusuis alijs Ro-  
manis Pontificibus, vel dicta Sede, nunc, & pro tempore em-  
natis, comprehendendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties  
illæ emanabunt, toties in pristinum, & cum, in quo ante præ-  
missa erant statu restitutas, & de nouo etiam sub posteriori  
data per pro tempore existētem Priorem Prouincialem Con-  
gregationis huiusmodi eligenda, concessas, esse, & fore: \* ac ita  
& non aliter per quoscunq; iudices, tam ordinaria, quam de le-  
gata, & mixta authoritate fungentes, etiam. S. R. E. Cardinales  
dictæq; sedis Legatos etiam de latere, & Nuncios, ac causarum  
Palati Apostolici auditores, sublata eis, & eorum cuiilibet,  
quauis aliter iudicandi, & interprætandi facultate, & authori-  
tate, vbiq; & in quauis instantia interprætari, iudicari, & diffi-  
niri debere, irritum quoq; & inane si secus super his à quo-  
quam, quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit  
attentari.  
\* Quocirca venerabilibus fratribus vniuersis Patriarchis, Ar-  
chiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis eorum Vicarijs in  
spiritualibus, aut Officialibus generalibus, & causarum Curia-  
Camere Apostolicæ generali Auditori, nec non Abbatibus,  
Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, Ca-


pitulis, ac alijs, ad quos quomodolibet spectat, & spectabit, per præsentes motu simili mandamus, quatenus ip[s]i, vel duo, aut vnu[s] eorum, per se, vel alium, seu alios, præsentes literas, & in eis contenta quæcunq[ue], vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum fratrum Discalceatorum, vel alicuius eorum fuerint requisiti, solenniter publicantes, eisq[ue] in præmissis efficacis defensionis præsidio alsentes, faciant authoritate nostra præsentes literas, & in eis contenta huiusmodi, ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inuolabiliter obseruari, dictosq[ue] fratres Discalceatos illis omnibus, & singulis pacifice frui, & gaudere: non permittentes eos desuper per quoscunq[ue] quomodolibet indebet molestar: contradictores quoilibet, & rebelles, per sententias, censuras, & poenæ Ecclesiasticas, aliaq[ue] opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisq[ue] super his habendis, seruatis processibus, sententias, censuras, & poenæ ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc ( si opus fuerit) auxilio brachij sacerdotalis. Non obstantibus præmissis, ac p[ro]p[ter]e memorie Bonifacij Papæ. V I I. etiam prædecessoris nostri de vna, & Concilij Generalis de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas quis vigore præsentium ad iudicium no[n] trahatur, alijsq[ue] Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs æditis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus, nec non prædicti Beatae Mariæ de Monte Carmelo, & quorumuis Ordinum, ac Religionum, etiā iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq[ue] indultis, & literis Apostolicis, illis, eorumq[ue] Superioribus, & personis per quoscunq[ue] Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & dictam Sedem, etiam motu, & sciētia similibus, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, sub quibuscumq[ue] tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsq[ue] efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & alijs Decretis in genere, vel in specie, ac alijs quomodolibet, etiam pluries concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnijs, & singulis, etiam si in eis caueatur expressè, quod illis nullatenus derogari possit, ac pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumq[ue] totis tenoribus, specialis, specifica,

&amp; ex-

& expressa mentio habenda, seu aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent præsentibus, pro expressis habentes, illis alijs in suo robore permanens, haec vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus: cōtrarijs quibuscumq[ue], aut si aliquibus cōmuniter, vel diuīsim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspenidi, vel excōmunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. \* Volumus autem quod præsentium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo dictæ Congregationis, vel alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica cōstitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibetur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensa. Dat. Rom. apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die. xxvij. Iunij. M. D. LXXXVII. Pontificatus nostri anno tertio.

*Tho.Thom.Gualterutius.*

PUBLICUM TRANSUMPTI INSTRUMENTUM QUADRUNDAM LITERARUM CONFIRMATIONIS, à GREGORIO. X III. ROMANO PONT. ANNO DOMINI. M. D. LXXVI. EXPEDITARUM: QUIBUS EST INSERTUM PRIULEGIUM PIJ. V. EIUS PRÆDECESSORIS, PRO DISCOLIS, & ALIAS DELINQUENTIBUS PUNIENDIS, PRIORI GENERALI TOTIUS ORDINIS B. MARIAE DE MONTE CARMELI INDULTU. POST MODUM VERO AD PRIOREM PROUINCIALEM FRATRUM DISCALCEATORUM EIUSDEM ORDINIS, AB IPSIUS SUCCESSORE SIXTO. V. PROUT EX IMMEDIATE PRÆCEDENTI PAGET PRIULEGIO EXTENSUM.



# TRANSVMP. LITER.

## S V M M A R I V M I N S T R V M E N T I, & Priuilegij.

- 1 *Augustinus Cusanus Prothonotarius Apostolicus, &c. omnibus lecturis, visuris, &c. hoc Priuilegium, de ipsis fideli, ac vera transumptione fidem facit.*
- 2 *Gregorius. XIII. R. P. ad instantiam Ioannis Baptiste Rubei Ordinis Carmelitarum Prioris Generalis, infra positum Pij. V. predecessoris Priuilegium, saevis Apostolicis literis inscri fecisse refert.*
- 3 *Pius Papa. V. mentionem facit cuiusdam Brevis Apostolici, Priori Generali prefati Ordinis per Clementem. VII. motu proprio contra incorrigibiles, &c. ipsius Religionis fratres concessi.*
- 4 *Licet per predictum Clementem Priori Generali, discolors fratres sub precepto, ac alijs pro arbitrio poenit monere, ut a malis desistant, ipsisq; adhuc incorrigibiles, & pertinaces ab Ordine expellere, iniungens eis in virtute sanctae obedientiae, &c. quatenus infra spatum temporis a se, vel suo Delegato praescripti, arcuorem, vel saltem parem Ordinem intrare teneantur: contradictores quoilibet, & rebelles (appellatione postposita) per censuras, & alia iuriis, & facti remedia compescendo.*
- 5 *Pius V. confirmat predictum indultum Clementis. VII. & motu proprio de novo concedit, quod predictos incorrigibiles, seu delinquentes, gravioribus sibi bene visis poenis punire, ac (si ipsorum demerita id requirant) Curiae seculari, ut perpetuo, vel ad tempus ad Trieremes mittantur, liberè absq; alicuius censura in cursu tradere posse.*
- 6 *Appellatio, & recursus ad alios quosuis indices, predictis fratribus delinquentibus denegatur.*
- 7 *Supradictus Augustinus Cusanus Prothonotarius, &c. se se habens modi transumpti publicum instrumentum, ad requisitionem Mignifici Domini Lauri Dublini, Philippi. II. Hispaniarum.*

GREGORII. XIII. R. P.

36

*niarum Regis in Curia Romana Agentis, per publicum Notarium fideliter transcribi fecisse refert: decernens praterea, ut omnibus in locis illi stetur, ac si originales eiusdem literarum apparerent.*


## I N S T R V M E N T U M.

*IN N O M I N E S A N C T I S-  
simæ, & individua Trinitatis, Patris, &  
Filij, & Spiritus sancti. Amen.*



OVERINT UNIVERSI, ET singuli presens publicum Transumptis instrumentum: visuri, lecturi, patriter & legi audituri, quod nos Augustinus Cusanus Prothonotarius Apostolicus sanctissimi. D. N. Papæ, eiusq; Camerarij, nec non Curiaæ caesarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditor, Romanæq; Curiaæ iudex ordinarius, sententiuarum quoq; & censurarum in Romana Curia, & extra latarum, ac quarumcumq; literarum Apostolicarum vniuersalis, & merus exequitor ab eodem Sanctissimo D. nostro Papa specialiter deputatus, habuimus, vidimus, legimus, & diligenter inspeximus literas sanctissimi. D. N. Gregorij diuina prouidentia Papæ. XIII. in forma Brevis expeditas, confirmationis literarum Apostolicarum Pij Papæ. V. circa fratres incorrigibiles Ordinis Carmelitarum, concessarum, sanas, & integras, non vitiatas, non cancellatas, neq; in aliqua earum parte suspectas, sed omni prorsus vitio, & suspitione carentes, ut in eis prima facie apparebat: quarum quidem literarum tenor in continentia erat talis.

*Gregorius Papa. XIII. ad futuram rei memoriam. Proutis-  
nis nostræ debet subuenire subsidio, vt ius suum vnicuiq; con-  
seruetur. Hinc est, quod nos tenorem quarundam literarum  
felic.*



# TRANSVMP. LITER.

- fœlic. record. Pij Papæ. V. prædecessoris nostri in secretaria domestica ipsius prædecessoris repertum. \* Pro eo quod sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Ioannis Baptistæ Rubei, Ordinis gloriose Virginis Mariae de Monte Carmelo Prioris Generalis, petitio continebat, ipse huiusmodi tenore excerptis causis dignoscatur indigere, ex minuta originali de verbo ad verbum transcribi, & ad eiusdem Ioan. Baptistæ instantiam præsentibus annotari fecimus, qui talis est. Atergo videlicet. Dilecto filio fratri Ioanni Baptistæ Rubeo, moderno, & pro tempore existenti Priori Generali Ordinis Carmelitarum. Intus vero.
- \* Pius Papa. V. Dilecte fili, salutem, & Apostolicam benedictionem. Accepimus, quod olim fœlic. record. Clemens Papa. VI. prædecessor, cum sibi cum molestia innotuisset, quod nonnulli discoli in vestra Religione commorabantur, qui à recta via deuabant, nec monitionibus, & pjs hortationibus, à malis resipiscerat, inò illis spretis indies magis incorrigibiles fiebant: quibus occurtere volens, vtq; Religio Carmelitarum resecatis sentibus resloveret: \* motu proprio, & ex certa sua scientia, pro tempore existenti Ordinis Carmelitarum Priori Generali authoritatem, & potestatem per suas in forma Brevis literas coacescit, & ex tunc in posterum, omnes, & singulos prædictos in virtute sanctæ obedientiæ, & sub alijs censuris, & poenis, arbitrio suo imponendis moneret, & requireret, seu moneri, & requiri facaret, vt à malis inceptis desisterent, & ad cor redirent, quod si spretis monitionibus huiusmodi incorrigibiles efficerentur, lapsis terminis per se, vel sub delegatum suum statutis, eosdein, tanquam membra putrida ab eadem Religione expelleret, & abiiceret, perse, vel alium, mandans eis in virtute sanctæ obedientiæ, ac subdictis censuris, & poenis, vt arctiorem Religionem, seu à qualibet ingredenterur infra spacium temporis, per ipsum Priorem generalem, seu dictum sub delegatum statuendum: contradictores quoslibet, & rebelles per censuras Ecclesiasticas, & alia iuris remedia (appellazione postposita) compescendo, seu etiam sub pena depositionis ab eorum officijs comprimendo: Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac statutis, & consuetudinibus dicti Ordinis, etiam iuramento confirmatione Apostolica roboratis,

GREGORII. XIII. R. P. 37

boratis, nec non quibusuis priuilegijs, & indultis Apostolicis, sententijsq; contrarijs quibuscumq;, prout in ipsius literis continetur. Et licet tu iuxta easdem literas contra supradictos procedere, & in dictis literis contenta facere, & exequi possis: tandem ne èo quod ipsæ literæ à tempore illarum concessionis citra usum receptæ non fuerint, aut alias de carum vitibus ab aliquibus hæsitari coingat. \* Nos in his, prout nostro incumbit officio prouidere, & nedium dictam per literas prædictas attributam, sed etiam maiorem, (vt melius cōtra Religionis huiusmodi fratres incorrigibiles, seu delinquentes animaduertere, & eos punire possis) potestatē, & authoritatē tribuere volentes, ac ipsas literas innouantes: Motu proprio, & ex certa nostra scientia tibi, vt contra prædictos dicti Ordinis fratres delinquentes, & incorrigibiles, nunc, & pro tempore existentes, iuxta eundem literarum formam procedere, & in dictis literis contenta facere, & exequi: & si ipsorum fratribus demerita, & delicta id exposcent, eos quibusuis grauioribus tibi viisis poenis punire, & mulctare, ac Curia seculari, vt perpetuo, vel ad tempus, (prout grauitas delicti requiret) ad Trierimes mittantur, & tuam contra eos faciendam sententiam exequatur, tradere, seu tradi facere, liberè, & licite, ac absq; aliquius censuræ incursu possis, & valeas, per præsentes plenam, & liberam potestatem, & authoritatem concedimus.

\* Volentes, vt per eisdem fratres confessos, & conuictos, vel alios eorum nomine, à tuis sententijs appellari, seu recursus ad alios quousuis haberi non possit. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ dictus Clemens prædecessor in dictis literis voluit non obstat, cæterisq; contrarijs quibuscumq;. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die. xxij. Aprilis. M. D. LXXI. Pontificatus nostri anno sexto.

Cæterum

vt eundem literarum tenor prædictus, sic insertus omnimodam rei, seu facti certitudinem, faciat, auctoritate Apostolica decernimus, vt illud idem robur, eandemq; vim, & eundem vigorem dictus tenor per omnia habeat, quæ haberent originales literæ prædictæ, ac eadem prorsus eidem tenori fides adhibeatur quandocumq;, & vbi-

K cung;

## PRIVILEG. SIXTI. V.

eunq; siue in iudicio , siue alibi , vbi fuerit exhibitus , vel ostensus , ac eidem tenori firmiter stetur in omnibus , sicut eisdem originalibus literis staretur , si forent exhibita vel ostendit . Per hoc autem nullum ius cuiquam de nouo acquiri volumus , sed antiquum tantummodo conseruari . Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris , die . xxviii . Ianuarij . M . D . LXXXVI . Pontificatus nostri anno quarto . Cæ . Glorierius . locus † anuli Piscatoris .

\* Quibus quidem literis Originalibus diligenter inspectis , ac in eis contentis consideratis , ad requisitionem Magnifici Domini Lauri Dubliui , potissimi , & inuictissimi Domini Don Philippi Hispaniarum , & Indiarum Regis Catholici , in Romana Curia Agentis , per Notarium nostrum publicum ipsas exemplari mandauimus , & transsumi , ac in hanc publicam Transumpti formam redigi . Decernentes , & volentes , vt huic præsenti transumpcio publico cum suis literis originalibus diligenter collacionato , & auscultato , plena fides deinceps adhibetur omnibus in locis , & singulis , quibus fuerit opportunum , ipsumq; transumptum fidem faciat , & illi stetur , ac si originales ipsæ literæ appareret . Quibus omnibus , & singulis , authositatem nostram ordinariam interponimus , & decretum .

\* In cuius rei fidem , & testimonium præmissorum , præsens publicum transumpti instrumentum exinde fieri , & per Notariu[m] infra scriptu[m] subscribi , sigilliq; quo in talibus , & similibus vtimur , iussimus , & fecimus appensione cōmuniri . Datu[m] Romæ in ædibus nostræ solitæ residentiæ sub Anno à Natiuitate Dñi nostri Iesu Christi M . D . LXXXVII . Indictione . xv . die verò . x . mensis Iunij . Pontificatus sanctissimi in Christo Patris , & Domini nostri Domini Sixti , Diuina prouidentia Papæ . V . Anno tertio .

Alfonius Vice Comes . Ioannes Franciscus Vgolinius Curiæ causarum Cameræ Apostolicæ Notarius .

P Riulegium Sixti . V . Rom . Pont . quarundam indulgentiarum , ad instantiam fratrum Discalceatorum , Ordinis Beatae Mariæ de

## ROMANI PONTIFI 38

de Monte Carmeli . Anno Domini . M . D . LXXXVII . expeditum .

### SVMMARIVM PRIVILEGI.

- 1 Approbat , & confirmat Rom . Pont . laudabilem fratrum Discalceatorum consuetudinem , Missam de Sanctissimo Eucharistie Sacramento singulis ferijs quintis ( festo nouem lectionum non impeditis ) celebrandi : quos etiam , ut in partibus præsertim viciniis hereticorum , & in Indijs , suis prædicationibus populos ad huius Sacramenti devotionem diligenter carent allicere , hortatur .
- 2 Q[uibus]cumq[ue] personis , qui in Ecclesijs prædictorum fratrum singulis quintis ferijs interfuerint Missa , aut prædicationi , vel lectioni Verbi Dei , centum , ijs Verò , qui ibidem ad orandum accesserint , quinquaginta dies : qui deniq[ue] confessi ibi Eucharistie Sacramento sumperint , tres annos , & cotidem quadragenas de iniunctis , seu alias debitis pœnitentias in Domino relaxantur .
- 3 Ijs qui alios salutando dixerint Laudetur Iesus Christus , & qui eisdem resalutando responderint , in secula , vel Amen , aut semper , quinquaginta dies , qui autem nomen Iesu , vel Mariae reverenter nominauerint , vigintiquinq[ue] dies indulgentiarum conceduntur . Sed in articulo mortis constitutis , ore , vel corde idem nomen Iesu inuocantibus , dummodo antea habuerint consuetudinem sic salutandi , vel nominandi , plena omnium peccatorum remissio indulgetur .
- 4 Qui Litanias nominis Iesu , recitauerint , trecentos , qui verò B . Mariae ducentos dies indulg . nec non Predicatores qui inter prædicandum au[tem] litores ad h[oc] modum salutandi , inuocandi , vel recitandi exhortati fuerint , & qui hanc salutationis formam vni esset curauerint , easdem indulgentias consequantur .


K 2 Decr.

## PRIVILEG. SIXTI. V.

¶ Decernitur quod praesentes literæ nullo unquam tempore suscep-  
tendi, aut renocari possint, & quod transumptus manus Notarii  
publici subscriptus, & sigillo nostri Ordinis communis eadem  
qua ipsi originalibus præstaretur, fides adhibetur.

## PRIVILEGIUM.

### Sixtus. PP. V.



D PERPETVAM REI MEMORIAM. Reddituri de commisso nobis grege Dominico in extremo iudicio rationem, summis (ut tenemus) affectibus singulos Christi fideles, quos hostis humani generis à iustitiae limitibus sæpè diuertit, nostro piissimo Redemptori, ab omni labore mundatos restituere, eosq; sibi acceptabiles, & bonorum operum efficere cupimus sectatores, vt per grata, & accepta Deo opera, illius, qui misericordiarum pater est, gratiam, & misericordiam valeant facilius reperire, & nos in ipsa ratione reddenda diuinæ iustitiae possimus euadere vocationem. \* Cum itaq; (sicut accepimus) dilecti filij fratres Ordinis glorioissimæ Dei genitricis, semperq; Virginis Mariæ de Monte Carmeli Congregationis Discalceatorum, mentes Christi fidelium in his, quæ ad fidem, & sanctissimorum sacramentorum usum, & frequentiam spectant, præsertim degentium in partibus vicinis hæreticorum confirmare, & consolida-re, ac singulis quintis seruis festo nouem lectionum vacantibus, Missam de sanctissimo Eucharistia Sacramento, vel de festo, aut feria celebrare solent.

Nos hanc coeptam laudabilem, & salutiferam consuetudinem, Apostolica authoritate, tenore presentium approbantes, & confirmantes, monemus, & hortamur in Domino fratres Discalceatos prædictos, vt vbiq;, præsertim in partibus vicinis hæreticorum, & in Indijs, eandem consuetudinem profe-

## ROMANI PONT. 39

prosequentes, suis prædicationibus populos ad fidem, deuotionem, & frequentem usum huius sacrosancti Sacramenti alli-  
cere, & inuitare diligenter curent. \* Ut autem fratres prædicti libentius præmissa peragant, & Christi fideles illis intersint, quò ex hoc dono cœlestis gratiæ conspexerint se vberius esse refectos, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, autoritate confisi, fratribus Discalceatis, & Christi fidelibus prædictis, qui in illorum Ecclesijs, & præfatis quintis seruis Missæ, centum, qui vero prædicationi, aut lectioni verbi Dei interfuerint, alios centum, nec non qui ad orandum accesserint interim, quinquaginta dies: qui deniq; confessi, eo die ibi communicauerint, tres annos, & totidem quadragenias de eis iniunctis, seu aliás quomodolibet debitum poenitentijs misericorditer in Domino relaxamus. \* Et quia non est aliud nomen sub cœlo, in quo nos oportet saluos fieri, nisi nomen Iesu, idcirco, omnibus, & singulis Christi fidelibus, qui hoc modo salutauerint alios, nempe suo vulgari, seu Latino sermone, Laudetur Iesus Christus, & his, qui sic respoderint. In sæcula, vel Amē, aut Semper: utrisq; tamen salutatibus, quam respontibus, quinquaginta, vbiq; id factum fuerit: qui autem nomen Iesu ore nominauerint recuerenter, vel nomen Mariæ, viginti quinq; dies, qui vero in mortis articulo ore, vel corde (si ore non potuerint) idem nomen invocauerint, dummodo ante habuerint consuetudinem sic salutandi, vel nominandi idem nomen Iesu, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem.  
\* Quiq; litanias eiusdem sanctissimi nominis recitauerint, trecentos, qui litanias eiusdem Beatisimæ Virginis Mariæ dicentos: Nec non prædicatoribus verbi Dei, qui inter prædicandum, ad hunc modum salutandi, invocandi, vel recitandi, seu nominandi nomen Iesu, & Mariæ auditores monuerint, & quicunq; hanc salutationis formam usui esse curauerint, easdem indulgentias, ac peccatorum remissiones consequantur, authoritate, & tenore præmissis cōcedimus, & elargimur. Voluimus autem, ut prædictæ litanie nominis Iesu, & Beatæ Mariæ, iuxta morem, & consuetudinem in Romana Curia, & domo Beatæ Mariæ Virginis visitatum recitentur: quod indulsum extendatur etiam ad Iudos, vbi eadem est necessitas.

K 3 Decer-

## PRIVILEG. SIXTI. V.

§ \* Decernentes præsentes literas nullo vñquam tempore per quæcumq; alias literas Apostolicas reuocari, suspendi, aut limitari, seu illis derogari posse. Et si illis aliquando derogari, aut suspendi, vel reuocari, aut limitari contigerit in genere, vel in specie, statim in pristinum, & eum in quo ante præmissa erant statum, restitutas, repositas, & plenarie reintegratas esse, & censeri debere, reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs in contrarium facientibus qui buscumq; non obstantibus. Cæterum, quia difficile foret præsentes literas ad singula quæq; loca deferri, volumus, & similiiter dicta authoritate decernimus, quod præsentium transumptis etiam impressis, & manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo dicti Ordinis, seu alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ communitis, eadem prorsus fides, tam in iudicio, quam extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die. xj. Iulij. M. D. LXXXVII. Pontificatus nostri anno tertio.

*Tho. Thom. Gualterutius.*

P riuilegium Sixti. V. Rom. Pont. ad instantiam Philippi. II. Hispaniarum Regis, & fratrum Discalceatorum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmeli, pro erectione Congregationis, nec non & Prouinciarum corundem fratrum diuisione. Anno Domini. M. D. LXXVII. expeditum.

## SVMMARIVM PRIVILEGI.

Omnia in Priuilegio Gregorij. XIII. contenta, iam pridem exequitioni m. t. data, vñiq; recepta, & ab ipso Sixto. V. nuper confirmata, summarie referuntur.

Numerus

## ROMANI PONT.

40

- 2 Numerus fratrum, & Monialium Discalceatorum adeò auctus, ut iam non modo per vniuersam ferè Hispaniam, sed per Indorum partes remotissimas, cù Diuini cultus augmento, ac spirituali fructu, & spe maioris incrementi recensetur, sic quod per vnum Priorem Prouincialem commode regi, ac gubernari nequeat.
- 3 Supplicatio Philippi Regis, & Discalceatorum fratrum.
- 4 Annuit Rom. Pont. predictæ supplicationi, habita prius cum Cardinalibus super negotijs Regularium deputatis, matura deliberatione.
- 5 Priori Prouinciali præcipitur, quod pro prima electione Capitulum iuxta facultatem sibi in Priuilegio Gregorij. XIII. tributam conuocet, in quo unus Vicarius Generalis Congregationi de novo erigendæ præciendus, eligatur.
- 6 Facultas Prouinciam (que hactenus fuit) diuidendi, ac in plures partes, & Prouincias nunc, & in futurum, iuxta augmentum, & numerum domorum distinguendi.
- 7 Vns Congregatio, fratrum Discalceatorum nuncupanda, ex omnibus Prouincijs corundem, perpetuo erigitur, & instituitur.
- 8 Singuli Prouinciales, singulis Prouincijs præficiuntur.
- 9 Vicarius Generalis predictis Prouincijs, & toti Congregationi, cum potestate, facultate, & autoritate Generalis præponitur.
- 10 Quando, & à quibus electiones Priorum tam localium, quam Prouincialium, & Consiliariorum, in primo Generali Capitulo fieri debeant.
- 11 Quando, & super quibus, Vicarius Generalis interuentu sex Consiliariorum vii debeat, & quæ possit per se se agere absq; illorum consilio.
- 12 Officium Vicarij Generalis per sexennium duret, neq; possit in idem munus re eligi.
- 13 Consiliarij, & Priors tam Prouinciales, quam locales, & Rectores triennales sint, & finito triennio, officium illorum similiter expiret.
- 14 Capitulum generale, Congregationis Discalceatorum nuncupandum, tercio quoq; anno celebretur.
- 15 Qui sint Gremiales Capituli Generalis Congregationis declaratur.
- 16 Electiones in Capitulo Generali per Gremiales ipsius Capituli sunt facientes.
- 17 Vicarius Generalis electus, statim ordinaria sui officij, confirmatione minime requisita, potest exercere. Grauiora verò, vel atrociora, non nisi a Priore Generali approbatu, & confirmatus.
- 18 Capitulum Prouinciale infra decimum octauum mensem à celebratione Capituli

## PRIVILEG. SIXTI. V.

*Capituli Generalis Congregationis, est convocandum.*

- 19 *Electiones in Capitulo Provinciali, que sint facienda.*
- 20 *Mortuo Priore tam Provinciali, quam locali, vel alias eorum officio vacante, a Vicario Generali, Cöfiliaris, & Diffinitoribus, successor usq; ad Capitulam est eligendus.*
- 21 *Mortuo Vicario Generali ante sexennum, primus Diffinitor Capituli Generalis praecedentis, usq; ad Capitulum Generale sequens, in quo nouus Vicarius Generalis ligatur, tali Congregationi, cum potestate, Vicarii Generalis presideat.*
- 22 *Si tempus Generali Capitulo celebrando prefixum, ultra biennium exceptandum sit, Diffinitor Congregationi presidens, quam primum commode fieri posse, Capitulum conuocet, in quo Vicarius Generalis sexenno duraturus eligatur.*
- 23 *Facultas leges condonai, Vicario Generali concessa.*
- 24 *Facultas Monasteria usq; recipendi, & fundandi, nulla cuiusvis licentia requisita, eti; sine Capituli Generali totius Ordinis consensu, Vicario Generali conceditur.*
- 25 *Prioribus Prouin. & alijs fratribus Discalceatis, nouas domos recipere, erigere, aut construere, sine expressa Vicarii Generali licentia inhibetur.*
- 26 *Prioribus Provincialibus in Capitulo Prouin. protota Prouincia, & in visitationibus Monasteriorum pro fratribus illarum demorum, statuta condere ipsius officio durante obseruanda, dummodo statutis Capituli Gene. Congregationis non repugnant, facultas tribuitur.*
- 27 *Prioribus Prouin. Discalceatis postquam a Vicario Generali confirmati fuerint, que ad ipsorum officium pertinent exercendi, quoad ea, que Priors Prouin. fratum Mitigatorum respectu in suos subditos, de iure, consuetudine, vel privilegio facere possunt, dummodo Primitiae Regule, ex statutis Congregationis, & tenori literarum Apostolicarum non repugnant, plena, & libera facultas conceditur, nisi a Vicario generali limitetur.*
- 28 *Vicarius Generalis, & tota Cögregatio Discalceatorum (iuxta formam tam in hoc privilegio descriptam) Priori Generali, tanquam uniuersali totius Ordinis capiti subjaceant.*
- 29 *Authoritas Prioris Generalis in Discalceatos describitur.*
- 30 *Prohibet ex Priori Generali aliquas gratias particulares fratribus Discalceatis concedere, & illorum domos impositionibus, aut taxis aggrauare,*

*or quic-*

## ROMANI PONT. 41

- 31 *or quicquam ex visitatione Congregationis, preter viaticu necessarium in ipso visitationis itinere consumendum, ab eis exigere, aut recipere.*
- 32 *Vicarius Generalis cum duobus sociis in Capitulo Generali Congreg. elegendis, Capitulo Generali totius Ordinis cum voce, & loco congruenti reueatur interesse.*
- 33 *Forma a Priori Generali in visitatione Congregationis Discalceatorum obseruanda.*
- 34 *Auctoritas, & principia tam a Gregorio. XIII. quam ab ipso Sixto. V. fratribus Discalceatis a tea concessa, & confirmata, denuo confirmantur, ead; Vicario Generali, & Congregationi competere, statuuntur, ex declaratur.*
- 35 *Harum literarum auctoritas robatur, & nullo unquam tempore sub illis gratiarum reuocationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus comprehendit, sed semper ab illis exceptas esse, decernitur.*
- 36 *Tollitur auctoritas aliter iudicandi, interpretandi, &c.*
- 37 *Conseruatores iudices pro defensione huius privilegij, omnes Prelati constituantur.*
- 38 *Privilium hoc per literas Apostolicas nullatenus derogari posse declaratur, nisi in ijs expresse ac de verbo ad verbum de induito huiusmodi mentio habeatur.*
- 39 *Harum literarum transumptis ubiq; fides prestari iubetur.*

## PRIVILEGIUM.

### Sixtus. PP. V.



D PERPETVAM REI MEMORIAM. Cum de statu, ac bono regimine omnium Religiosorum paternam quærimus solicitudinem, tum eorum salubris directio nobis præcipue curæ est, qui sanctiora, & priscis sanctorum Patrum regulis prorsus similia vitæ instituta sectantes, arctiore regularis discipline obseruatiam profitetur, ei sq; libenter in suo laudabili proposito cōfirmamus, vt sine ullo impedimento, perseueret, atq; in dies magis proficiant.

L \* Alias

# PRIVILEG. SIXTI. V.

\* Aliás siquidem foel. record: Gregorius Papa. XIII. præde-  
cessor noster, intelligens complures domos, seu Monasteria  
Ordinis fratrum, & Monialium Beatæ Mariæ de Monte Car-  
melo in Hispaniarum Regnis existere, in quibus vigebat ob-  
seruantia primitiua eiusdem Ordinis Regulæ, cum omni rigo-  
re iuxta primæua instituta de mandato piaæ memorie Inno-  
centij. PP. IIII. etiam prædecessoris nostri confirmatæ, non  
autem secundum mitigationem, quæ à foel. mcin. Eugenio Pa-  
pa. IIII. nostro pariter prædecessore, dicitur impetratæ, charis-  
fimi in Christo filij nostri (tunc sui) Philippi Hispaniarum Re-  
gis Catholici precibus inclinatus, institutum huiusmodi super  
obseruātia Primitiū Regulæ approbādo, ipsos fratres, & Mo-  
niales, eandem Primitiū Regulam sic obseruantes, Discalceca-  
tos nuncupatos, eorumq; dominos, Conuentus, Monasteria, &  
loca, tunc, & pro tempore existēta, à prouincijs fratru, & Mo-  
nialium, eiusdem Ordinis, secundum Regulam per dictum Eu-  
genium prædecessorem (vt præfertur) mitigatā pro tempore de-  
gentium, penitus, & omnino in perpetuū authoritate Aposto-  
lica sciunxit, & separauit ipsos Discalceatos, ab omni, & qua-  
ctinq; visitatione, correctione, & superioritate Priorū Prouin-  
cialium, cæterorumq; superiorū secundum mitigatam Regulā  
degentium, exēmit, & liberauit, ac eorundem fratrum, & Mo-  
nialium Discalceatorum domos, Monasteria, & loca quæcunq;  
ea tenuerēcta, & instituta, ac ex tunc in futurū erigēda, & ins-  
tituēda, in vnam Prouinciam de perse, Discalceatorum nācup-  
pandam, per vnum Priorem Prouinciale, qui in Capitulo ip-  
sius Prouinciæ ex eisdem Discalceatis (vt præfertur) eligi de-  
beret, regendam, & gubernandam, in perpetuum erexit, & ins-  
tituit, ac ipsam Prouinciam fratrum, & Monialium Discalcea-  
torum sub obedientia, & superioritate Prioris Generalis to-  
tius Ordinis ad instar aliarum Prouinciarum eiusdem Ordinis  
perpetuò subiectam remanere, subesse, & subiacere voluit. Cui  
Prior Generalis per se ipsum tātum, vel per alium virum idoneum  
ex ipsis Discalceatis, & iuxta eorum Primitiū Regu-  
lam, ac regularia instituta, ab ipsis Discalceatis obseruari solita,  
eos visitare, reformare, corrigere, & punire posset, in Monas-  
terijs tamen, Domibus, & locis eorum fratrum Discalceatorum,  
extra quæ nullatenus ipsi Discalceati, vel aliquis eorum, ab  
eodem

# ROMANI. PONTIE. 42

eodem Priore Generali, quo quis prætextu, vel occasione a mo-  
ueri, assignari, nautari, extrahi, seu transferri, aut ad alias Pro-  
uincias mitti, aut retineri possent, nisi aliter in eodem Capitu-  
lo Prouinciali fuisset ordinatum, prout in ipsis Gregorij  
prædecessoris literis, (quæ iam pridem debitæ executioni de-  
mandatae, vsu receptæ, & per nos nuper approbatæ fuerant)  
2 pleniū continetur. \* Cum autem (sicut nuper audiūmus) nu-  
merus fratrum huiusmodi, & Monialium Discalceatorum non  
mediocriter austus fuerit, & indies maiora (benedicente Dño)  
fusciptat incrementa, cum Diuini cultus augmento, bonę famę  
odore, ac spirituali fructu, & consolatione animarum, tūm ip-  
forum Religiosorum, tūm etiam aliorum Christi fidelium, qui  
pijs eorum exemplis in viam salutis diriguntur: iamq; non  
modo per vniuersam fere Hispaniam: sed etiam in Indijs com-  
plura Monasteria, & dominos, aliaq; regularia loca Discalceato-  
rum instituta, & erecta fuerint, quæ omnia per vnum Priorem  
Prouinciale non ita commode regi, & gubernari queunt.  
3 \* Propterea eiusdem Philippi Regis nomine, ac pro parte  
etiam eorundem fratrum Discalceatorum, nobis fuit humiliter  
supplicatum, quatenus in præmissis opportunè prouidere de  
4 benignitate Apostolica dignaremur. \* Nos igitur volentes  
pro debito pastoralis officij corundem Religiosorum pio de-  
fiderio, bono regimini, ac propagationi (vt par est) consulere,  
habita super hoc cum venerabilibus fratribus nostris. S. R. E.  
Cardinalibus super negotijs Regularium deputatis, matura  
deliberatione, huiusmodi precibus in hac parte annuentes, nec  
non vniuersos, & singulos fratres, & Moniales dictæ Prouin-  
ciæ Discalceatorum a quibusvis excommunicationis, suspen-  
sionis, & interdicti, alijsq; Ecclesiasticis sententijs, censuris, &  
pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causalitis,  
(si quibus quomodolibet innodati existunt) ad effectum præ-  
sentiū dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, &  
7 absolutos fore censentes, \* dilecto filio moderno Priori Pro-  
uinciali dictæ Prouinciæ fratrum Discalceatorum Ordinis præ-  
fati, per præsentes committimus, & mandamus, vt Capitulum  
Prouinciale iuxta facultatem per ipsas Gregorij prædecessoris  
literas sibi atributam, & secundum morem eiusdem Prouin-  
ciæ, suis loco, & tempore indicat, conuocet, & congregari  
L. faciat,

faciat, in eoq; Capitulo postquam erit legitimè congregatum, volumus, vt primum quidem per suffragia, seu vota eorum, qui in electione Prioris Prouincialis, in huiusmodi Capitulo Prouinciali vocem habere hactenus consueuerunt, post Diffinitorum electionem (vt fieri solet) statim vnu Vicarius Generalis de novo, erigendæ Congregationis fratrum Discalceatorum, eligatur. \* Si electus Vicarius, præsens in Capitulo erit, statim ipsi Capitulo præsideat. Si absens, idem, qui nunc est Prior Prouincialis, illius vices gerat, & in Capitulo prædicto præsideat, ac de voto eoruadē, Prouinciam ipsam; quæ hactenus fuit Discalceatorum, prout domorum, & Monasteriorum numerus, ac locorum opportunitas suadebit, & aliâs videbitur expedire, in plures partes, & regiones distingui curet: quas quidem singulas partes sic distinctas, & diuisas, nec non eas, quas similiter in futurum iuxta augmentum, & numerum domorum, ac monasteriorū, idem Vicarius in Capitulo eiusdē Congregationis duxerit distinguedas, ac diuidendas in singulas Prouincias. \* Vniuersas vero Prouincias in vnam Cōgregatiōnem omnia huiusmodi Prouinciarum, Discalceatorum nuncupandam, authoritate Apostolica tenore præsentium petuò erigimus, & instituimus. \* Præterea statuimns, & ordinamus, vt singulis huiusmodi Prouincijs, singuli Piores Provinciales præsint. \* Dictus verò Vicarius generalis, & ipsis Prioribus Prouincialibus, & toti congregationi præficiatur, eamq; regat, & gubernet, illamq; eandem prorsus autoritatē, & potestatem in Monasteria, domos, loca, & personas dictæ Congregationis iam recepta, & recipienda ( dummodo Primitiæ Regulæ, ac eiusdem Congregationis regulari obseruantiae contrauenire non possit ) habeat, quam Prior generalis totius Ordinis, tam de iure, & consuetudine, quam per Priuilegia super domib; Monasterijs, locis, & personis sibi subiectis, habere dignoscitur. \* Et in hoc primo Capitulo, hac prima vice post factam electionem Vicarij generalis, & distinctionem nouarum Prouinciarum, per suffragia, seu vota eorundem qui in electionibus Prioris Prouincialis hactenus vocem habuerunt, singuli Piores Provinciales nouarum huiusmodi Prouinciarum, deinde singuli Piores cuiusq; domus, seu Monasterij dictæ Congregationis, demum sex Consiliarij, ipsius Vicarij gene-

ralis, ex omnibus Prouincijs elegantur. \* Ipse autem Vicarius generalis Consilio, & interuentu huiusmodi Consiliariorum vtatur, tum in controversijs, & negotijs Congregationis vniuersæ, & singulorum fratum expediendis, tum in Prouinciarum, & singulorum Monasteriorum, ac domorum reformatione, ac regulari obseruantia dirigenda: ita tamen, vt etiam absq; illis, quoad reformationem, strictioremq; obseruantiam pertinere videbuntur exequutioni demandare, delinquentes ( præsertim publicos, & scandalosos ) puniri per se, vel alium liberè possit. \* Officium, & potestas Vicarij generalis huiusmodi per sex annos duret, quibus finitis eò ipsò illius potestas, & authoritas expiret, & nouus Vicarius generalis eligatur: Eadem verò persona (nisi intermissio altero sexennio ) iterum in Vicarium generale elegi, & ultra sexennium ipsum officium continuare non possit. Quod si fecus factum sit, electio nulla, & irrita censeatur. \* Piores verò Prouinciales, Consiliarij, & singularum domorum, ac Monasteriorum Piores, ac Collegiorum Rectores, triennales sint, eorumq; auctoritas finito triennio similiter expiret. \* Capitulum generale, Congregationis Discalceatorum nuncupandum, tertio quoq; anno celebretur, illudq; in singula triennia indicendi, & cōuocādi Vicarius generalis curam habeat, qui etiam in illo præsideat. \* Ad ipsum Capitulum generale dictæ Cōgregatiōnis præter Vicarium generale, cuncti, & singuli Piores Provinciales cum singulis socijs, Diffinitoribus etiam Capituli electis, & sex itidē Consiliarij accedere teneātur. \* Atq; in eodē Capitulo generali singulis triēnis, noui Piores tam Prouinciales, quam singularū domorū, & Monasteriorum, noui etiā Consiliarij, ac etiam Diffinitores eligātur alternis triēnijs, & sic sexto quoq; anno in Capitulo generali, per vota eorūdem Vicarij generalis, nec non Priorū Prouincialū, sociorū, Diffinitorumq; & Consiliariorū, primum quidem noui Vicarij generalis, dein de verò cæterorum huiusmodi Superiorum electiones celebrētur. \* Idemq; Vicarius generalis ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus, cum primum à plurimis, qui voce in Capitulo generali Congregationis habere debent, seu eorum maiori parte in Vicarium generale (vt præfertur) electus extiterit, eoipso ordinaria sui officij exercere tantummodo posse:

L 3 grauio-


## PRIVILEG. SIXTI. V.

grauiora verò, vel atrociora, non nisi postquam à Priore Generali approbatus, & confirmatus fuerit, gerere, aut exequi valeat. \* Dimisso generali Capitulo, infra decimum octauum mensem quisq; Prior Prouincialis suæ Prouinciaæ Capitulum conuocari curæt, \* atq; inibi socius Prioris Prouincialis ad generale Capitulum Congregationis cum eo iturus, & Diffinitores eius Prouinciaæ elegantur. \* Si ante finitum gerendi officij tempus Priorem aliquem Prouincialem, aut cuiusvis domus, vel Monasterij ab humanis discedere, aut aliâs quomodolibet officium ipsum dimittere, vel anmittere contingat, Vicarius generalis cum primum eius rei notitiam habuerit, de voto dictorum Consiliariorum, & Capituli Generalis præfati Diffinitorum, alium in eius locum sufficiat, & subroget, cuius potestas, & authoritas vsq; ad Capitulum Generale proximè celebrandum, duret. \* Si vero ipse Vicarius Generalis ante finitum sexennium, & antequam Generale Capitulum sit congregatum, è vita migrauerit, tunc primus Diffinitor Capituli præcedentis, aut secundus, & sic successiù de reliquis Diffinitoribus in defectum præcedentium, toti Congregationi præsideat, qui interim quo vsq; Capitulum Generale celebretur, & in eo nouus Vicarius Generalis eligatur, Generalis Vicarij locum, & potestatem habeat: \* Et si tempus celebrando Capitulo Generali ( vt dictum est ) præfixum, ultra biennium expectandum esset, curet etiam ante tempus præfixum (cum primum id commode fieri poterit) Capitulum Generale indici, & conuocari, & in eo nouum Vicarium pro sexennio sequenti eligi. \* Insuper eidem Vicario Generali pro tempore futuro tam in hoc primo, quam quocunq; alio dictæ Congregationis pro tempore celebrando Capitulo Generali statuta quæcunq;, & ordinationes ad Dei honorem, salubrem reformationem, & bonum regimen dictæ Congregationis pertinentia, condendi, mutandi, alterandi, in totum ( si videbitur) abrogandi, de novo condendi, dummodo sacris Canonibus, Concilij Tridentini Decretis, ac Constitutionibus Apostolicis, nec non Primitiæ Regulæ, ac eorum institutis non aduersentur: abusus quo cunq; tollendi, eaq; ab omnibus, & quibuscunq; etiam Prioribus Prouincialibus, aut alijs officialibus, Prelatis, & Superioribus, cæterisq; personis dictæ Congregationis perpetuò, &

in iuxta

## ROMANI PONT. 44

- 24 inuiolabiliter obseruari præcipiendi: \* Monasteria, domos, & Conuentus tam virorum, quam mulicrum eiusdem Congregationis, in quibusvis locis, cuiuslibet licentia desuper minime requisita ( etiam sine consensu Generalis Capituli totius Ordinis ) erigèdi, seu construi, ædificari faciendi, aut iam constructa, ad inhabitandum recipiendi, suasq; vices pro quibuscunq; rebus sibi bene visis, & ad suum officium pertinentibus, alij, vel alijs fratribus Discalceatis prædictis demandandi: \* ita tamen vt Priores Prouinciales, & alij fratres sine expressa licentia Vicarij Generalis, nouas domos, aut Monasteria recipere, erigere, aut construere minime audeant. \* Dictis quoq; Prioribus Prouincialibus similiter statuta, tam in suo Capitulo Prouinciali pro tota Prouincia, quam in visitatione singulorum Monasteriorum, & domorum pro fratribus, seu Monialibus eius domus, vel Monasterij, durante ipso Prioris Prouincialis officio obseruanda, dummodo generalis Capituli totius Congregationis, statutis non repugnant, condendi: \* ac deniq; de cætero ipsis Prioribus Prouincialibus postquam electi fuerint, & à Vicario Generali confirmati, statim officia sua, quæq; ad illa quomodolibet pertinent, gerendi, & exercendi, exequendi, etiam quoad ea vniuersa, & singula, quæ Prouinciales Priores totius Ordinis predicti mitigatam Regulam profitentes respectiù in suos subditos, de iure, consuetudine, vel privilegio facere possunt, seu debent, dummodo Primitiæ Regulæ, & dictæ Congregationis statutis non repugnant, ac nisi eorum Prouincialium Priorum ab ipso Vicario Generali fuerit limitata potestas, & iuxta tenorem præsentium literarum dumtaxat, plenam, liberam, & absolutam facultatem, autoritate, & tenore præmissis concedimus, & impartimur. \* Cæterum volumus, vt tam prædicta Congregatio, quam præfatus Vicarius Generalis ipsi Priori Generali tanquam vniuersali, & superiori capiti totius Ordinis ( iuxta tamen formam in his literis descriptam ) subiaceant. \* Qui Prior Generalis totius Ordinis prædicti, domos, & Monasteria dictæ Congregationis Discalceatorum, eorumq; Conuentus, & singulares personas solus per se ipsum personaliter, & associatus duobus socijs, & uno scriba, seu secretario ab ipsa Congregatione Discalceatorum eligendis, & iuxta eiusdem Congregationis primitiua, & nouissima



## PRIVILEG. SIXTI. V.

uissima statuta, nec aliâs visitare, corrigere, reformare, & delinquentes punire possit, idq; de consilio preditorum sociorum, & intra Monasteria, domos, & loca ipsorum Discalceatorum dumtaxat: extra quæ nullatenus ipsi Discalceati eorum uè aliquis ab eodem Priore Generali totius Ordinis amoueri, vel alio transfreri, neq; quisquam illorum loco mutari, aut poni, neq; Priors, aut alios officiales eorumdem domorum, Monasteriorum, & locorum Congregationis Discalceatorum pro tempore eis præsidentes à suis officijs amoueri, neq; alij eorum loco substicui, nisi ob enormem excessum, qui iuste tolerari, nequirit, & tunc in defectum Vicarij Generalis ipsius Congregationis, & de consensu dictorum sociorum, nec aliâs ullo modo valeat. \* Prohibemus quoq; nè idem Prior Generalis alias gratias particulares fratribus Discalceatis concedat, nè ve per impositiones, aut taxas eorum domos, & Monasteria aggrauet, quæ quidem impositiones, & concessiones nullæ sint eo ipso: nè ve quicquam penitus ex ipsa visitatione præter necessarium viaticum (habita ratione tenuitatis domorum, & Monasteriorum Discalceatorum) moderandum & in itinere ipso visitationis dictæ Congregationis Discalceatorum consumendum, recipiat, aut exigat. \* Vicarius autem prædictus cum duobus socijs eligendis in Capitulo Congregationis, Capitulo Generali totius Ordinis interesse, ibiq; vocem tam actiuam, quam pauciuan, & locum sibi congruentem, tam Vicarius, quam socij vocati habere teneantur. \* Prior autem Generalis prædictus quoad visitanda Monasteria, domos, & loca Discalceatorum, statutis, & priuilegijs eiusdem Congregationis in omnibus, & per omnia se conformet, nihilq; contra illa innouare, aut alterare præsumat, prædictaq; Congregationis Discalceatorum (vt præfertur) Monasteria, domos, loca, & personas visitare valeat, & antequam visitationem incipiat, hoc ipsum in Capitulo Generali dictæ Congregationis Discalceatorum intimare, & denunciare teneatur, ad effectum, vt ibi prædicti loci visitationis (vt superius dispositum est) deputentur.

\* Et tandem prædicto Vicario Generali, ac Congregationi huiusmodi respectuè, quæcunq; priuilegia, & indulta, & facultates Prouinciae, ac Priori Prouinciali dictæ Prouinciae Discalceatorum, à nobis, vel alijs Romanis Pontificibus prædecessoribus

soribus

## ROMANI. PONTIFI. 45

soribus nostris concessa fuerunt, competere statuimus, & declaramus. \* Decernentes præsentes literas nullo uanquâ tem-  
pore sub ullis similium, vel dissimilium gratiarum reuocatio-  
nibus, alterationibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs  
contarcijs dispositionibus à nobis, & quibusvis alijs Romanis  
Pontificibus, vel dicta Sede nunc, & pro tempore emanatis,  
comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ em-  
nabut, toties in pristinum, & eum in quo ante præmissa erant  
statu restitutas, & de nouo etiam sub posteriori data pér pro  
tempore existentem Vicarium Generalem Cōgregationis hu-  
iusmodi eligenda concessas esse, & fore. \* Ac ita, & non aliter  
per quoscumq; iudices tam ordinaria, quam delegata, & mix-  
ta authoritate fungentes, & S. R. E. Cardinales, dictæq; Sedis  
Legatos etiam de latere, & Nuncios, ac causarum Palatijs Apo-  
stolici Auditores, sublata eis, & eorum culibet quavis aliter iu-  
dicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, vbiq;, & in  
quavis instâlia interpretari, iudicari, & definiti debere: irritum  
quoq;, & inane si secus super his à quoquā quavis authori-  
tate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. \* Q. 10. cir-  
ca Venerabilibus fratribus vniuersis Patriarchis, Archiepisco-  
pis, & Episcopis, ac dilectis filiis eorum Vicarijs in spirituallibus,  
aut officialibus generalibus, & causarum Curia Cameræ  
Apostolicæ Generali Auditori, nec non Abbatibus, Priori-  
bus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, Capitu-  
lis, ac alijs, ad quosquomodolibet spectat, & spectabit, per præ-  
sentes authoritate Apostolica mādamus, quatenq; ipsi, vel duo,  
aut unus eorum pér se, vel alium, seu alios præsentes literas, &  
in eis contēta quæcumq; vbi, & quādo opus fuerit, ac quoties  
pro parte dictorū fratrū Discalceatorū, vel alicui⁹ eorū fuerint  
requisiiti, soleniter publicatæ, eisq; in præmissis efficacis defen-  
sionis præsidio assistētes, faciat authoritate nostra præsentes li-  
teras, & in eis cōtēta huiusmodi, ab omnib⁹ ad quos spectat, &  
pro tempore spectabit, in uiolabiliter obseruari, dictosq; Fratres  
Discalceatos illis omnibus, & singulis pacifice frui, & gaudere.  
Nō permittētes eos desuper per quoscumq; quomodolibet, in  
debitè molestari, cōtradictores, quoslibet, & rebelles per sentē-  
tias, cēsuras, & pœnas ecclesiasticas, aliaq; opportuna iniuris, &  
facti remedia (appellatione postposita) cōpescendo, legitimisq;

M super



# PRIVILEG. SIXTI. V.

super his habendis seruatis processibus sententias, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit, auxilio brachii) secularis. \* Non obstantibus praemissis, ac piæ memorie Bonifacij Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri, de vna, & Concilij Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas quis vigore praesentium ad iudicium non trahatur, nec nō etiam eiusdem Bonifacij. VIII. prædecessoris præfati prohibitione, qua prohibetur ne fratres dieti Ordinis in aliqua ciuitate, castro, villa, aut alio quoque loco, domos, siue loca de nouo accipere, aut cepta mutare presumant absq; dictæ Sedis speciali licentia, faciente plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de prohibitione huiusmodi mentionem, alijsq; Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Concilijs æditis specialibus, vel Generalibus Constitutionibus, & ordinationibus: nec non prædictæ Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, & quoruuis Ordinum, ac Religionum, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia rōboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & literis Apostolicis, illos, eorumq; superioribus, & personis per quoscunq; Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & dicta Sedem etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & alijs Decretis in genere, vel in specie, ac aliâs quomodolibet, etiam pluries concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si incis caueatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit, ac pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio habenda, seu aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent præsentibus, pro expressis habentes, illis aliâs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, contrarijs quibuscunq; aut si aliquibus communiter, vel diuissim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excōmunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expre-

# ROMANI PONT.

46

expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. \* Volumus autem quod præsentiam transumptis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo dictæ Congregationis, vel alicuius persone in dignitate Ecclesiastica constitutæ munij, eadem prorsus fides in iudicio, & extrâ adhibetur, quæ ipsi originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensa. Dat. Rom. apud sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die. x. Iulij. M. D. LXXXVII. Pontificatus nostri anno tertio.

*Tho. Thom. Gualterutius.*

Iteræ Cœsaris speciani in Hispaniarū Regis Nuncij Apostolici, quibus intitulatur Priuilegium in immediate præcedēs, à Sixto. V. Rom. Pont. Anno Domini. M.D.LXXXVII. expeditum.

## S V M M A R I V M.

Exhibitentur litteræ Apostolice per fratre Nicolaum à Iesu Maria Brarem Provincialem fratrum Discalceatorum, coram Cœsare Speciano sedis Apostolice Nuncio, sana, & integra, non vitata, nec cancellata, &c.

Fit insinuatio, & intimatio prædictarum literarum, ad instantiam præfati Provincialis, decerniturq; ac declaratur, omnia, & singula in eis contenta, à fratribus Discalceatis, & alijs ad quos spectant, firmiter, & inuiolabiliter obseruant, ac executioni demandari debere.

## LITERÆ INTIMATIONIS.

Æsar Specianus Dei, & sanctæ Sedis Apostolice gratia Episcopus Nouariensis, sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri. D. Sixti, diuina prouidentia

M. 2

Papa,

## LIT. CAE. SPECIANI

Papæ. V. & eiusdem Sedis in Hispaniarum Regnis cum potestate Legati de latere Nuncius. Vniuersis, & singulis Prioribus, ac fratribus Monasteriorum Ordinis Carmelitarum Discalceatorum in Hispaniarum Regnis, salutem in Domino. Exigit huius Legationis officij ratio, vt quæ ab eodem sanctissimo Domino nostro sancta, & ordinata fuerunt, ad debitam (vt pars est) exequitionem demändentur. \* Dilectus siquidem nobis, in Christo frater. Nicolaus de Iesu Maria Provincialis Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, literas ab eodem sanctissimo Domino nostro, sub annulo Piscatoris emanatas, sanas, & integras, non vitias, nec cancellatas, nec in aliqua parte suspectas, sed omni proflus vicio, & suspitione carentes coram nobis exhibuit, tenoris subsequentis, videlicet. Sixtus Papa. V. &c. Cum de statu, &c. Vt supra, fol. 41. expresse ponuntur.

\* Post quarum quidem literarum præinfertarum, debita cù reuerentia receptionem, nobis, & per nos (vt præmittitur factam), fuimus pro parte eiusdem fratris. Nicolai Provincialis cum instantia requisiti, vt ipsas literas, & in eis contenta quæcumq; ad vestrum omnium noticiam deducere, ac deduci facere, illaq;, & illa vobis, & alijs quibuscunq; insinuare, intumare, & notificare, illarumq;, & illorum exequitionem demandare dignaremur. Nos igitur, qñ honestis petentium votis libenter annuimus, & quæ per eundem sanctissimum. D. N. statuta, & ordinata sunt præstari, ac adimpleri (vt debemus, ac volumus) summopere cupimus, vobis omnibus, & singulis præinfertas literas huiusmodi insinuamus, intimamus, & notificamus, & ad vestram notitiam deducimus, ac omnia, & singula in eis contenta, per vos, ac vestrum quemlibet, ac omnes, & singulos quorum interest, & interesse poterit, firmiter, & inviolabiliter obseruari debere, decernimus, & declaramus. Non obstantibus ijs omnibus, quæ idem. S. D. N. in præinsertis literis voluit non obstatere. Dat. Madriti Tolet. Dicebat. Anno incarnationis Dominicæ. M. D. L. X. X. X. V. I. die vero. xiiij. mensis Februario, Pontificatus præfati. S. D. N. Papæ anno textio.

C. Episcopus Nouariensis, Nuncius Apostolicus.

Fac. Nouellus. Abbreviator,  
Literæ

## NVNCH APOST. 47

**L**iteræ Cæsarist Speciani in Hispaniarum Regnis Nuncij Apostolici, pro congregando Capitulo Generali Congregationis, ad exequitionem Privilegij Sixti. V. Rom. Pont. Anno Domini M.D.LXXXVII. die x. Julij expediti.

### S V M M A R I V M.

- 1. *Authoritate Apostolica præcipitur Priori Provinciali, qui regus generale Capitulum conuocet, & omnia, & singula in prædicta Sixti. V. Privilegio contenta exequitioni demandet.*
- 2. *Priore Provinciali vita functo, Primum Provinciali Diffinitorem prædicta omnia prosequi, ac terminare posse decernitur.*

notissima in Hispania.

### LITERÆ D. NVNCII.



**A**ESAR SPECIANVS DEI, ET sancte Sedis Apostolice gratia Episcopus Nouariensis, sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri. D. Sixti diuina prouidentia Papæ. V. & eiusdem sedis in Hispaniarum Regnis cum potestate Legati de latere Nuncius. Dilecto nobis in Christo fratri Nicolaio de Iesu Maria, Provinciali Ordinis Carmelitarum Discalceatorum salutem in Domino. Emanarunt ruper ab eode sanctissimo. D. N. literæ quibus tibi, ut Capitulu Provinciali suis loco, & tempore indicas, conuoces, ac congregari facias, ac inibi postquam erit legitime congregatū, Vicarij Generalis eleæcio fiat, ac alia pertractetur, quæ ad Ordinis præfati regimen pertinent, ac alias prout in literis in forma breuis

M 3 sub

